

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES

I

POLONICA

EX LIBRIS "OBLIGATIONUM ET SOLUTIONUM",
CAMERAE APOSTOLICAE AB A. 1373

COLLEGIT DR. IOANNES LISOWSKI



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1960

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
I**

**POLONICA
EX LIBRIS “OBLIGATIONUM ET SOLUTIONUM,,
CAMERAE APOSTOLICAE AB A. 1373**

COLLEGIT DR. IOANNES LISOWSKI



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 6 0

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
MEMORIAE
CAROLI DE BRZEZIE
LANCKOROŃSKI
DICATAE

EDIDIT:

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

VALERIANUS MEYSZTOWICZ, *Praeses*
IOSEPHUS WARSZAWSKI S. I.
CAROLINA LANCKOROŃSKA
WANDA DE ANDREIS WYHOWSKA
STANISLAUS JANIKOWSKI
LUCIANUS ŁUSZCZKI O.F.M.
IOANNES MISH

INDEX RERUM

Ad Lectorem	V
Introductio	VII
Textus	1
Index Nominum Propriorum	265

AD LECTOREM

A quattuor iam lustris saevit horribilis procella, in qua Polonia quasi fluctibus submersa appet. Per utriusque hostis invasiones historica etiam eius monumenta destructionem subierunt novam et immanem. Nec prima est illa documentorum Poloniae ruina; iam enim ab anno 1038 librorum et annalium e Polonia asportatio notatur; postea, illis praesertim saeculis, quibus gens nostra in antemurali Christianitatis exstitit, rerum ab ea gestarum monumenta igne comburebantur, asportabantur, aliisque destruebantur modis. Neque a solis orientalibus hoc factum est; quandoquidem etiam occidentales Poloniae vicini, immemores tuitionis, quam contra barbarorum incursiones ipsa eis dederat, eiusdem criminis rei facti sunt.

Historiae igitur Polonae cultores, qui naufragio patriae, alienis adlapsi sunt oris, putant officium suum esse studiosis accessu commodiora reddere illa documenta, ad Polonię spectantia, quae in tabulariis feliciorum terrarum inedita adhuc servantur. Quorum documentorum in ipso Archivo Secreto Vaticano, et in aliis Europae archivis, ingens est numerus.

Institutum Historicum Polonicum Romae, quod hoc officium quantum fieri potuit persolvere semper studuit, novam nunc inchoat seriem editionum, in qua maiores documentorum Polonicorum in exteris collectiones typis reproducendos curabit. Series inscribitur « Elementa ad Fontium Editiones ». Vox « elementa », in hac inscriptione inserta, dicit hanc editionem non esse tanto et tali apparatu scientifico ditatam, quam augusta Academia Scientiarum et Litterarum Poloniae propriis editionibus dare solebat. Dilemma enim nobis ponebatur: aut pauca documenta cum pleno apparatu historico ac geographicō edere; aut numero maiora, sed cum apparatu ad sola necessaria limitato, typis reproducere. Hanc ultimam eligimus viam, quo maior esset numerus

documentorum posteritati a nobis traditus. Nostrum erit diligenter textum manuscriptum praesentare cum pleno ac fideli commentario litterali, in quo diversitates et dubia lectionum plene significata et discussa esse volumus. Omittimus tamen commentaria historica ac geographica; neque curabimus indicare an aliqua fragmenta serierum iam aliunde nota vel alibi iam edita sint. Nisi rerum adiuncta aliter suadeant, editiones nostras secundum archiva, non secundum eventus historicos ordinabimus; scimus enim quam immode dic crescit labor editoris, qui, omnia documenta ad aliquam personam vel aliquem eventum spectantia praesentare cupiens, limites unius obiecti archivistici transgressus, multa archiva vel saltem multas eiusdem archivi series perlustrat.

Libertas loquendi, quae exilii pretio acquiritur, officium nobis imponit integros textus, sine ulla praetermissione, fideliter tradendi; quod etiam aliqui nostrorum sub hostis iugo nobis admirantibus facere valent; non licet nobis nefandum exemplum sequi aliorum, qui, in servitutem redacti, argumenta ad impositas theses recolentes, textus monumentales praetermissionibus mutilant. Pro unico criterio illud habebimus, quo « documentum Polonicum » definitur: Polonicum esse putatur scriptum, in quo una ex sex sequentibus notis invenitur: sit vel in Polonia datum, vel in Poloniā missum seu saltem destinatum, a Polono vel ad Polonum directum, vel de rebus Poloniae agens, vel sit in lingua polonica conceptum.

Studebimus documentorum polonicorum, quae in singulis archivis, eorumve partibus continentur, praesertim regesta plena dare; ea, quae ante saeculi XVI finem scripta sint, vel eximii momenti esse videantur, integra reproducere pro posse curabimus.

Ita memoriam rerum a felicioribus patribus gestarum feliciori tradere volumus posteritati, nullius gloriam quaerentes, neminique servientes, nisi solae Veritati.

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM
ROMAE**

INTRODUCTIO

DE FONTE DOCUMENTORUM

Neminem latet, quam ingens sit moles documentorum, ad totum orbem spectantium, quae in trecentis fere « seriebus » tabularii Apostolici servantur. Pars Archivi Secreti Vaticani, quae Acta Camerae Apostolicae continet magni est momenti; fuit enim tempus, in quo Camera Apostolica primum inter varia dicasteria Sanctae Sedis locum tenebat, quem nonnisi saeculo XVI cessit. Servantur, in Archivo Secreto Vaticano, Camerae Apostolicae diversae « series », (i.e. collectiones documentorum quae nomen proprium propriamque numerationem habent); hae sunt:

- 1) *Introitus et Exitus,*
- 2) *Collectoriae,*
- 3) *Instrumenta Miscellanea,*
- 4) *Obligationes et Solutiones,*
- 5) *Libri Obligationum Communium,*
- 6) *Libri Obligationum Particularium,*
- 7) *Libri Resignationum,*
- 8) *Libri Annatarum,*
- 9) *Libri Diversorum Cameralium.*

Ex Archivo Secreto Vaticano, ex ea eius parte, quae Acta Camerae Apostolicae continet, e serie quae « Obligationes et Solutiones » vocatur, notulas ad Poloniam spectantes, ab anno 1374 inscriptas, desumpsimus, et hic ad utilitatem studiosorum rerum gestarum Poloniae, exhibemus.

DE SERIEI « OBLIGATIONES ET SOLUTIONES » NATURA ET INDOLE

Series, quae « Obligationum et Solutionum » (seu breviter « Obl. Sol. ») vocatur, ex 103 voluminibus constat. (Numerantur volumina ab 1 ad 91, quibus accesserunt volumina 1A, 23A, 30A, 38A, 45A, 52A, 55A, 63A, 65A, 79A, 84A, 87A). Meratio voluminum non est originalis, sed multoties, cum series ab archivistis

ordinabatur, de novo facta est. In his voluminibus inscribebantur negotia Camerae cum praelatis, qui beneficia consistorialia obtinebant. Notabatur in primis « provisio » seu « collatio » beneficii. Dein praelati qui beneficium obtinebant, « obligationes » declarabant: i.e. promittebant de beneficio obtento diversas taxas, seu « servitia » (« communia », « minuta », aliaque) solvere Camerae Apostolicae et Camerae Cardinalium. Obligatione suscepta et iurata, postea fiebant promissae « solutiones », tam in Camera Apostolica quam in Camera Collegii Cardinalium. Aliquando solutiones fiebant per ratas partes; aliquando etiam termini solutionum prorogabantur, vel obligationes remittebantur. Demum solutiones factae Camerae Collegii Cardinalium dividebantur inter cardinales participantes in provisione beneficii. (Cfr. libri divisionum, vol. 51, 54, 61, 65, 69, 80). Quam ob causam negotium de aliquo beneficio collato diversis vicibus in diversis voluminibus sub alio et alio aspectu inscriptum invenitur. Negotia, quae in libris « Obligationum et Solutionum » inscribebantur, paucis exceptis, sequentia sunt:

- 1. Provisiones ecclesiarum et abbatiarum,*
- 2. Obligationes praelatorum occasione nominationis, confirmationis, designationis vel translationis quorumcumque beneficiorum consistorialium per ipsos praelatos susceptorum,*
- 3. Solutiones occasione obligationum expletarum, remissiones seu dilatationes; divisiones inter cardinales participantes in Consistorio, in quo provisio facta est.*

DE INSCRIPTIONIBUS SEU « NOTULIS », DEQUE MODO QUO ILLAE IN MS. SCRIPTAE,
A NOBIS TRANSCRIPTAE ET INTEGRATAE SUNT

Inscriptiones in libris « Obl. Sol. » fiebant a scriptoribus Camerae in forma adnotationum, ubi negotia, quorum Camerae intererat, ad rei memoriam nota- bantur. Quibus adnotationibus nos nomen « notularum » damus. Unaquaeque harum « notularum » paucas lineas in libro occupat, in quibus provisiones, obligationes, vel solutiones, de quibus supra, breviter signantur: primo loco inscriptus est annus et data mensilis facti; dein notatur quis, coram quibus curiae offici- bus, qualem actum posuerit.

Non desunt peculiares difficultates in texto notularum transcribendo; scrip- tores enim saepe non distinguunt litteras « c » et « t »; ideo, ubi in textu clare distingimus qualis littera scripta sit, eam, uti scriptam invenimus, typis exprimimus; ubi autem distinguere an sit « c » vel « t » non potuimus, graphiam hodiernam accepimus. Eadem scriptores saepe verba non integra, sed trunca vel contracta ponunt; quae a nobis integrantur; in quibus integrationibus hodierna graphia a nobis accipitur: e.g. « gra » solvitur « gratia ». Scriptores etiam numera modo ab antiquis et modernis diverso praesentant (ita, 400, quod ab antiquis CCCC vel CD scribebatur, a scriptoribus Camerae saepe in forma IIII^c apparet, scilicet cum littera « c » minuscula supra lineam posita) cum nobis difficile sit « c » minusculam supra lineam positam typis exprimere, nec casus in regulis paleographiae auctoritative solutus sit, statuimus loco huius « c » minusculi supra lineam positi, « C » maiuscolum cum linea praecedenti typis imprimere. Ita ubi

IIIIC in ms. (legitur pro 400) hic IIII-C transcripsimus. Scriptores nomina personarum et locorum, praesertim Polonorum, saepius deformant; eorum graphiam originalem servavimus, etiam erratam, in textu; in regestis, et aliquando in notis marginalibus, eam corrigentes.

Brevitatis causa multoties scriptores in notulis omittunt verba et integras propositiones, quae in notulis praecedentibus iam scriptae erant, et loco earum sigla «ut supra», «etc.» aliave similia ponunt. Qui librum integrum in manu habet, ex praecedentibus omissa verba desumere potest et textum truncatum integrare; nos tamen, qui ex libris nonnisi aliquas notulas, nempe «polonicas» transcripsimus, ad integrandas omissiones diverso modo accessimus. Integrations a scriptoribus solo verbo «ut supra» vel aequipollenti indicatarum, in notis marginalibus ex superiori notatione in regesto existenti, indicamus. Scriptores saepe faciunt praetermissiones, quae litteris «etc.» signantur, quae locum tenent formularum, in prioribus notulis ex integro iam scriptarum. Ut textus intelligi possit, elenchum harum formularum in fine huius praejunctionis adiunximus (1).

DE NOTULIS DUPLICATIS

Non desunt in libris, ex quibus acta polonica hic excerpta sunt, aliqua facta quae bis, et quidem in simili imo aliquando in identica forma, notantur (in vol. 72 et in 75, et in vol. 82 et 83) (2). Cum tamen haec duplicatae inscriptiones aliquando inter se in certis particularitatibus differunt utrasque in proprio loco repraesentamus. Nec nostrum videtur investigare rationem, ob quam haec duplex inscriptio succedebat. Ratiocinatores enim proprios usus habent a quibus haec duplex inscriptio videtur provenire.

LIMITES GEOGRAPHICI

Quaelibet intentione politica procul remissa, nonnisi illa notavimus quae ad Polonię, uti provinciam ecclesiasticam, pertinebant; inter dioeceses polonicas illae hic recensetur, quorum territoria, saltem aliquando et pro tempore, ad illam pertinebant, scilicet in archiepiscopatu Gnesensi: Caminensis, Cracoviensis, Culmensis, Lubucensis, Mednicensis, Plocensis, Pomeraniensis, Poznaniensis, Sambiensis, Vilnensis, Warmiensis, Wladislaviensis, Wratislaviensis; in archiepiscopatu Leopoliensi: Camenecensis, Ceretensis, Chelmensis, Kiovensis, Luceoriensis, Moldaviensis, Premisliensis (3). His autem adiunximus litteras spectantes ad monasteria in eisdem dioecesibus sita (in Sagano, in Tyniec, S. Mariae in Clara Tumba, S. Mariae in Lubin, S. Vincentii Wratislaviae). Praeterea, transcriptae hic sunt notulae quae ad collectores Poloniae referuntur.

LIMITES CHRONOLOGICI

Series Camerae Apostolicae usque ad annum 1373, a clarissimo viro Joanne Ptašnik (4) editae sunt (in laudatissimo opere, in quo non modo excerpta ex

Actis Camerae, sed etiam e serie «Supplicationes» continentur). Voluimus opus ab eo incepsum continuare interdum ex unica tantum serie «Obl. Sol.». Ergo hic typis eduntur notulae e voluminibus a 20 ad 91, post a. 1373 scriptae. Saeculo XVI notulae rariores flunt; postea quasi desinunt notulae ad Poloniam spectantes: ultimae earum ad a. 1678 referuntur (ex vol. 89, N. 659, 660, 661).

ORDO DISPOSITIONIS

In opere nostro ordinem archivi, qui etiam ordo «topologicus» dici potest, i.e. ordinem voluminum et paginarum secuti sumus, etiamsi hic ordo non semper ordini chronologico sit conformis.

Dedimus singulorum voluminum seriei «Obl. Sol.» breves descriptiones, numeribus romanis a nobis signatas ab I (vol. 20) usque ad LXIII (vol 91) (5).

Sub unicuiusque voluminis descriptione, litteris quadris singulas exhibemus notulas ad Poloniam spectantes, ordine qui in unoquoque volumine illas inscriptas invenimus. His notulis numera nostra dedimus, ab 1 ad 704. Adduximus etiam, litteris quadris, glossas marginales et finales, quae in ms. invenimus. Unicuique notulae praemittimus typis rotundis regestum, demum indicationem loci et diei, sive ex ipsa notula, sive ex aliis notis patentem. Post notulae transcriptionem, adnotavimus, item litteris rotundis, collocationem, secundum nunc existentem numerationem voluminum et paginarum Archivi Secreti Vaticani; adiunximus quoque paucissima et brevissima commentaria lectaram spectantia; commentaria historica penitus omisimus.

* * *

Multi rerum gestarum Poloniae scrutatores de actis Camerae Apostolicae scribebant (6). Academiae Litterarum et Scientiarum Poloniae «Expeditio Romana» quae ab anno 1888 in Urbe adfuit, inter multa acta a se colecta etiam aliquas notas e serie «Obl. Sol.». Cracoviam portavit. Textus a nobis hic presentati adhuc inediti manebant. Indubii sunt valoris: ex his enim non modo desumi possunt data, quae seriem episcoporum Poloniae recte definire permittunt, sed etiam alia, quae de Polonis, in Curia degentibus, nos edocent. Speramus ergo nostrum librum studiosis rerum gestarum Poloniae alicuius utilitatis fore.

Ad illorum studiosorum utilitatem haec introductio in textus a Cl. Rev. Ioanne Lisowski collectos, a moderatoribus Instituti redacta et addita est.

EDITIONUM CURATORES:

CAROLINA LANCKOROŃSKA

VALERIANUS MEYSZTOWICZ

NOTAE AD INTRODUCTIONEM

1)

Tabula formularum quae in textu notularum verbis initialibus et siglis « etc. » vel « ut supra » signatae sunt, hic ex prioribus documentis transcribuntur. (Litteris rotundis signantur verba quae sunt in textu, litteris quadris — verba integrata).

Ac termino nondum (vel *iamdiu*) elapso ratione sue ecclesie extitit efficaciter obligatus

Ac pro totali solutione communis servitii dicte ecclesie

Ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes

ad quos dicte ecclesie fructus sin libris Camere taxati reperiuntur

Alioquin ipse... (vel *ipsi ambo insimul et quilibet pro se*) obligavit coheritioni Camere apostolice, ut in forma ad satisfaciendum summam predictam in terminis supradictis ut principaliis, et cum protestatione et quod cum dicta ecclesia non fuerit alias taxata et per informationem factam in presenti curia de ipsis valore non plene constare potuerit quod de pluri si plus reperiatur valor idem archiepiscopus rendere teneatur, nec in posterum ymmineprovisione apostolica de dicta ecclesia nullum dicto communipropter taxam presentem prejudicium generetur

auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa

clericis dicte Camere, nostro eorumque proprio ac familiarium et officialium domini nostri pape nomine recipientibus

commendavit curam, *regimen* et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo

Cum regressu quod si dicta societas (vel dominus) infra quattuor menses reportabit (vel restituat) ad Cameram dictas bullas, tunc omnia per eum soluta restituentur de mandato domini Camerarii

De consensu et voluntate unanimi prefatorum dominorum cardinalium

De quibus sic datis sic solutis ipsum dominum... a suspensionis, excommunicationis et interdictus sententilis ac reatu periurii et aliis penis, quod et quas incurrit propter defectum solutionis in termino ei prefixo non facte, auctoritate predicta duximus absolendum, dictum reverendum patrem dominum... eiusque heredes et successores, eorumque bona tam presentia quam futura, ipsamque ecclesiam..., tenore presentium quitamus, absolvimus et etiam liberamus per presentes licteras

die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu

Ecclesiam dicto (vel certo) modo vacantem per obitum bone memorie (vel quondam)... ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti

Eorumdem autem medietatem communis et minutorum servitiorum infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses solvere promisit, iuravit et renuntiavit et se obligavit in forma

florenos auri de Camera

in quibus fructus dicte ecclesie in libris Camere taxati reperiuntur

In quibus sub certis penis et sententiis ratione dicte sue promotionis ad dictam ecclesiam... ac termino nondum elapso tenebatur et extitit efficaciter obligatus

In quo Camere apostolice sub certis penis et sententiis ratione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus

In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri Camerariatus officii iussimus appensione muniri

insuper ipsum (vel ipsumque) reverendum patrem dominum... a suspensionis, excommunicationis et interdictus sententilis, quas meruit propter moram solutionis dictorum communis et quattuor (vel quinque) minutorum servitiorum non facte termino constituto et a reatu periurii et aliis penis et sententiis, tenore presentium absolvimus et reddimus absolutum

ita tamen (seu volumus tamen) quod si in solutione huiusmodi defecerit in termino de novo

sibi constituto (vel prorogato), penis et sententiis, quibus antea ligabatur, sit astrictus et eum in his scriptis declaramus astringi et relabi ipso facto
Iuravit quod hinc ad festum... proxime venturum dictus episcopus miserit sufficiens procuratorum ad raticandum predicta consueta
Medietate annae seu mediorum fructuum primi anni dicte prepositure (vel canonicatus et prebende)
mercatoris (vel mercatorum)... et sociorum Curiam Romanam sequentium
minutorum servitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri pape debitorum nobis et familiaribus et officialibus (vel officiaris) dicti Collegii, per manus domini..., die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu
nobis pro ipsa Camera recipientibus
nobis pro ipso Collegio recipientibus
Obligavit se et bona sua omnia, ecclesiastica et mundana, presentia et futura
Obtulerunt Camere apostolice et sacro Collegio Romane Ecclesie cardinalium
Obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio in quo dicte Camere apostolice, ratione sue dicte ecclesie efficaciter tenebatur sub certis penis et sententiis
Patet per cedulas depositariorum (iuxta reductionem) solvisse commune (vel communia) minuta et omnia alia iura debita tam Camere quam Collegio (vel Camere et Collegii)
Per obitum... ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti
Prefatus dominus Locutus... tulit sententias in scriptis
Preficiendo eum in episcopum et pastorem, curam regim et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo
Pro eadem Camera ac Collegio recipiente
Pro parte suorum communis et minuti servitiorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu elapso ratione sue ecclesie extitit obligatus
Pro quo erat in eadem Camera parviter (vel similiter) obligatus
Pro quibus.. id.
proxime futurum terminum prorogamus et de novo assignamus eidem
quia solvit iura minuta et omnia alia iura debita Camere et Collegii, patet per cedulas depositariorum (seu depositariorum)
Quod intellecta mole gravaminum... coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum istas pecuniarium quantitates, quas
Quod et nos auctoritate in hac parte concessa
Quorum fructus non excedunt
Rationabilibus causis idem sacrum Collegium
Ratione promotionis ad dictam ecclesiam
Ratione provisionis (et prefecctionis) eidem Ecclesie de persona sua per bullam sanctissimi domini... auctoritate apostolica facte
Renuntiavit privilegiis et exceptionibus omnibus, quibus contra premissa excipere possent quomodolibet vel venire in forma dicte Camere in obligationibus prelatorum fieri solita et consueta
reverendus dominus... tulit sententias (vel sententiam) in scriptis
Salutem in Domino
Secum super irregularitate, si quam propterea meruit, se divinis officiis immiscendo non tamen in contemptum clavum, misericorditer dispensamus
servitiorum familiaribus et officialibus domini nostri pape et collegii sub certis penis et sententiis, ratione sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte concessa terminum faciente solutionis dictorum communis et quattuor minutorum servitiorum
servitiorum recognitorum consuetorum in quibus Camere apostolice ratione sue dicte ecclesie efficaciter tenebatur sub certis penis et sententiis
Solvore promisit, promiserunt, submisit, iuravit, renuntiavit et se obligavit in forma solvi fecit realiter et cum effectu
Submisisse se insuper et quilibet ipsumurum iurisdictioni et cohortioni Camere predicte pro premissis firmiter obsecravandis et adimplendis, ac obligaverunt se et bona sua omnia ecclesiastica et mundana, presentia et futura
sui communis servitii in quo Camere apostolice ratione sue dicte ecclesie efficaciter tenebatur sub certis penis et sententiis
tempore debito solvi fecit realiter et cum effectu
terminum sibi duximus prorogandum et de novo assignavimus eidem
uniuersi minutii servitii consueti debiti pro familiaribus et officialibus dicti sacri Collegii
Universis et singulis presentes litteras inspecturis
Ut principalis et private persona, vice et nomine domini...
Verum intellecta mole gravaminum pro parte ipsius domini... nobis exposita, que ipsum ad solvendum illas pecuniarium quantitates, quas pro suo communi et minuto servitii ratione dicte sue ecclesie debitas Collegio antedicto ac familiaribus et officialis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis ac termino iam diu elapso solvere

tenebatur reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa
 Verum intellecta mole gravaminum, que ipsum ad solvendum id, in quo Camere ac familia-ribus et officialibus domini pape pro residuo dicti communis et quattuor minitorum servitiorum remanet efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem; terminum faciente solutionis residui dictorum communis et quattuor minitorum servitiorum

Formulae non inventae

Item recognovit si et in quantum etc. (d. 44)

Tangentium, ratione cardinalium mortuorum etc. (d. 223)

Ad informandum Cameram apostolicam et sacrum Collegium de vero valore ecclesie Leopo- liensis etc. (d. 382)

Aliisque ecclesias, monasteriis, prioratibus etc. (d. 412)

Ordinare seu disponere potuerint etc. (d. 412)

Super fructibus etc. (dd. 432, 521)

Illorum fructus etc. (d. 433)

2)

Similes, vel quasi identicae sunt notulae quae veniunt sub nostris numeris: 396-419, 397-420, 398-421, 399-422, 400-423, 401-424, 402-425, 403-426, 404-427, 405-428, 406-429, 407-430, 408-431, 409-432, 410-433, 411-434, 412-435, 512-553, 513-554, 514-555, 515-556, 516-557, 517-558, 518-559, 519-560, 520-561, 521-562, 522-563, 523-564, 524-565, 525-566, 526-567, 527-568, 528-569, 529-570, 530-571, 531-572, 532-573, 533-574, 534-575, 535-576, 536-577, 537-578, 538-579, 539-580, 540-581, 541-582, 542-583, 543-584, 544-585, 545-586, 546-587, 547-588, 548-589, 549-590, 550-591, 551-592, 552-593.

3)

Praeter illas residentiales sedes, adiungendae sunt hic etiam sedes titulares quas episcopi Poloniae tenebant: Aenensis, Alboliensis, Callipollensis, Cimbaliensis, Lacedaemoniensis, Laodicensis, Margaritensis, Mothonensis, Naturensis, Nicopolitanae, Sebastensis, Terrae Sarmatarum.

4)

PTASNIK JOANNES, *Acta Camerae Apostolicae*, Cracoviae 1913.

5)

I	Vol. 20	1344-1378	Obligationes servitiorum communium	
II	Vol. 35	1361-1375	Obligationes servitiorum communium (Lib. Cam. Ap.)	(N. 1-4)
III	Vol. 39	1370-1379	Solutiones servitiorum communium.	
IV	Vol. 40	1372-1374	Solutiones communium servitiorum.	
V	Vol. 41	1375-1376	Solutiones communium servitiorum (Lib. Cam. Ap.)	(N. 5-9)
VI	Vol. 42	1375-1381	Solutiones servitiorum communium (Lib. Cam. Ap.)	(N. 10-15)
VII	Vol. 43	1376-1378	Obligationum et solutionum servitiorum communium (Lib. Cam. Ap.)	(N. 16-20)
VIII	Vol. 44	1381-1394	Clementis VII et Benedicti XIII visitationes et provisiones.	
IX	Vol. 45	1380-1381	Clementis VII solutiones servitiorum communium.	
X	Vol. 45A	1386-1388	Regestrum litterarum Camerarii apostolici Clementis VII.	
XI	Vol. 46	1382-1383	Clementis VII solutiones servitiorum communium.	
XII	Vol. 47	1385-1390	Urbani VI et Bonifacii IX, solutionum (Collegio Card.)	(N. 21-39)
XIII	Vol. 48	1385-1397	Urbani VI, Bonifacii IX, obligationum sacri Collegii pro communi servitio (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 40-57)

XIV	Vol. 49	1388-1406	Clementis VII et Benedicti XIII obligationes servitiorum communium.	
XV	Vol. 50	1389-1391	Clementis VII solutiones servitiorum communium.	
XVI	Vol. 51	1389-1399	Bonifacii IX divisionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 58-80)
XVII	Vol. 52	1390-1400	Bonifacii IX obligationum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 81-99)
XVIII	Vol. 52A	1391-1392	Regestrum litterarum Camerarii apostolici Clementis VII.	
XIX	Vol. 53	1391-1405	Clementis VII et Benedicti XIII solutiones servitiorum communium.	
XX	Vol. 54	1399-1407	Bonifacii IX divisionum Lib. Coll. Card.)	(N. 100-130)
XXI	Vol. 55	1397-1402	Solutionum sub Bonifacio IX (Lib. Cam. Ap.)	(N. 131-151)
XXII	Vol. 55A	1413-1419	Quitantiarum Joannis papae XXIII (Lib. Coll. Card.)	(N. 152-168)
XXIII	Vol. 56	1409-1415	Alexandri V, Joannis XXIII, Martini V, obligationum s. Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 169-180)
XXIV	Vol. 57	1400-1407	Bonifacii IX, Innocentii VII, Gregorii XII, obligationum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 181-185)
XXV	Vol. 58	1418-1422	Martini V, obligationum Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 186-190)
XXVI	Vol. 59	1389-1406	Bonifacii IX et Innocentii VII, solutionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 191-249)
XXVII	Vol. 60	1422-1428	Martini V, obligationum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 250-263)
XXVIII	Vol. 61	1413-1420	Joannis XXIII et Martini V divisionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 264-276)
XXIX	Vol. 62	1419-1425	Martini V, solutionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 277-305)
XXX	Vol. 63	1425-1433	Martini V et Eugenii IV, solutionum (Lib. Coll. Card.)	
XXXI	Vol. 63A	1442-1447	Eugenii IV, divisionum (Lib. Coll. Card.).	
XXXII	Vol. 64	1427-1443	Obligationum Collegii liber sub Martino V et Eugenio IV (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 329-342)
XXXIII	Vol. 65	1428-1437	Martini V et Eugenii IV divisionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 343-361)
XXXIV	Vol. 65A	1431-1441	Eugenii IV, obligationum.	
XXXV	Vol. 66	1433-1443	Eugenii IV... provisionum	(N. 362-373)
XXXVI	Vol. 67	1434-1447	Eugenii IV, solutionum (Lib. Cam. Ap.)	(N. 374-381)
XXXVII	Vol. 68	1437-1443	Eugenii IV, solutionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 382-384)
XXXVIII	Vol. 69	1437-1443	Eugenii IV, divisionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 385-386)
XXXIX	Vol. 70	1431-1439	Primus obligationum communium Eugenii papae quarti (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 387-395)
XL	Vol. 71	1443-1447	Eugenii IV, obligationum sacri Collegii.	
XLI	Vol. 72	1443-1457	Eugenii IV, Nicolai V, Calisti III, provisionum (v. vol. 75)	(N. 396-412)
XLII	Vol. 73	1443-1447	Eugenii IV, solutionum.	
XLIII	Vol. 74	1443-1447	Eugenii IV, solutionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 413-418)

XLIV	Vol. 75	1446-1453	Eugenii IV et Nicolai V, provisionum (v. vol. 72)	(N. 419-435)
XLV	Vol. 76	1447-1461	Nicolai V, Calisti III, Pii II obligationum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 436-454)
XLVI	Vol. 77	1447-1460	Nicolai V, Calisti III et Pii II solutionum sacri Collegii	(N. 455-465)
XLVII	Vol. 78	1458-1464	Pii II solutionum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap.)	(N. 466-473)
XLVIII	Vol. 79	1460-1470	Pii II et Pauli II solutionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 474-491)
XLIX	Vol. 79A	1480-1492	Notae Camerarii contractarum obligationum sub Sixto IV et Innocentio VIII.	
L	Vol. 80	1460-1470	Pii II et Pauli II, divisionum (Lib. Coll. Card.)	(N. 492-507)
LI	Vol. 81	1471-1511	Debitorum sacri Collegii (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card. oblig.)	(N. 508-511)
LII	Vol. 82	1466-1483	Pauli II et Sixti IV, provisionum (v. vol. 83)	(N. 512-552)
LIII	Vol. 83	1466-1488	Pauli II, Sixti IV, Innocentii VIII, provisionum (v. vol. 82)	(N. 553-600)
LIV	Vol. 84	1466-1476	Obligationum Pauli II et primus Sixti IV (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 601-621)
LV	Vol. 84A	1478-1484	Secundus obligationum Sixti quarti (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 622-641)
LVI	Vol. 85	1492-1504	Alexandri VI, Pii III et Iulii II solutionum (Lib. Cam. Ap.)	(N. 642-645)
LVII	Vol. 86	1484-1497	Innocentii VIII, Alexandri VI, solutionum (Lib. Cam. Ap.)	(N. 646-650)
LVIII	Vol. 87	1484	Innocentii VIII, divisionum (Lib. Coll. Card.)	
LIX	Vol. 87A	1436	Liber trium minutorum servitiorum	(N. 651)
LX	Vol. 88	1505-1509	Obligationum communium Iulii secundi (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 652-658)
LXI	Vol. 89	1678	Liber Quindeniorum	(N. 659-661)
LXII	Vol. 90	1540-1550	Obligationes pro communi servitio Pauli III (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 662-693)
LXIII	Vol. 91	1550-1555	(Liber) communium (obligationum) et solutionum (Lib. Cam. Ap. et Coll. Card.)	(N. 694-704)

6)

1. - ABRAHAM W.: *Sprawozdania z poszukiwan w Archiwach i Bibliotekach Rzymskich w latach 1896-7 i 1897-8*, in *Collectanea ex Archivo Collegii Historici, P.A.U. t. IX*, Cracoviae, 1902, pp. 1-234, et t. XIII, 1923, pp. 1-65, nec non eiusdem, in SS. RR. Polonicarum v. XIII (*Arch. Kom. Histor. t. V*) 1889, p. 33 ss. etc. — 2. - ABRAHAM W.: *Sprawozdanie z poszukiwan w archiwach i bibliotekach rzymskich do dziejów Polski w wiekach srednich za lata 1899-1913*, in *Collectanea ex Archivo Collegii Historici, Ser. 2. t. I*, ed. Coll. Hist. Academiae Litterarum Polonicae (P. A. U.), Cracoviae, 1923, pp. 1-65. — 3. - KORZENIOWSKI J.: *Analecta Romana Historiam Poloniae saec. XVI illustrantia ex Archivis et Bibliothecis excerpta*, in SS. RR. Polonicarum, Cracoviae, t. XV, 1894. — 4. - PTASNIK J.G. *Acta Cameræ Apostolicæ*, Cracoviae, 1913 (usque ad 1373). — 5. - PTASNIK J.: *Italia mercatoria apud Polonus saeculo XV ineunte*, Romæ, 1910. — 6. - DLUGOPOLSKI, *Acta Bonifacii Papæ IX*, fasc. I (1389-1391) in *Mon. Poloniae Vaticana*, ed. Coll. Hist. Acad. Litt. Polon., Cracoviae, 1939-1946. — Insuper, ex auctoribus non polonicis, citantur: 7. - KROFTA C.: *Monumenta Vaticana Bohemiae*, vol. V. — 8. - HOBERG H.: *Taxae pro communibus servitiis*, in *Studi e Testi Bibl. Vat.*, 1949 (ubi etiam p. XVII-XVIII invenitur elenches publicationum fontium Cameræ Apostolicæ diversas nationes spectantium).

T E X T U S

EX ARCHIVO SECRETO VATICANO

I Arch. Vat. Obl. Sol. v. 20.

*Clementis VI et Innocentii VI obligationes,
ab anno 1344 ad annum 1378 (a die 17 novembris ad diem 14 maii),
ff. 1-188, olim ff. I-CLXXXIII*

ff. 1: "Anno Domini MCCC^oXLIIII, tempore domini Clementis". "Extractum Arroragiorum communium servitiorum per magistrum Arnoldum Pyseti". "Anno Domini M^oCCCXLIIII, inductione XII, pontificatus etc., de tempore dominorum Clementis VI et Innocentii VI, recepte fuerunt obligaciones, que scripte sunt in libro pergameni, inceperte XVII mensis nouembris anni predicti et finite in dicto libro die XIIII mensis januarii anno (MCCC)LX^o".
ff. 144 olim f. CXXXVI: "Iste est liber obligationum de tempore domini Gregorii, inceptus anno (MCCC)LX^o."
Sine indicibus, tituli marginales.
Pro Polonia nihil.

II Arch. Vat. Obl. Sol. v. 35.

*Innocentii VI, Urbani V et Gregorii XI obligationes,
ab anno 1361 ad annum 1375 (a die 2 iunii ad diem 19 septembris),
ff. 1-203 olim ff. 1-201.*

ff. 1: "Incipit anno LXmo primo et finit septuagesimo quinto".
ff. 2: "In Nomine Domini, amen. Anno a Nativitate M^oCCC^oLXI^o, die VIIII mensis Junii, inductione XIIIII pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii, diuina prouidentia, pape VI, anno nono, reuerendus pater dominus Guillelmus, episcopus Tusculanus cardinalis sacri Collegii reuerendissimorum patrum dominorum, sacrosancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, recepit, posuit et assumpsit, ut inde pecunias ipsis dominis cardinalibus debitas receiptas distribuat fideliter".
ff. 171: "Anno Domini M^oCCC^oLXX^o tertio, inductione undecima, die VIIII januarii, pontificatus domini Gregori pape XI anno tertio".
ff. 1-33' Innocentii VI,
ff. 38'-145 Urbani V,
ff. 145'-203 Gregorii XI,
Sine indicibus, tituli marginales.

1

*Henricus episcopus Warmiensis promisit pro suo communi servitio 400 florenos
et quinque minuta servitia consueta.*

[Villaenovae, die 24 septembris, 1373].

Dominus Henricus episcopus Vermiensis, promisit pro suo communi seruicio
III-C florenos et V seruitia consueta, soluendo ut supra ^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 35 f. 179: in margine dextro: Seruicium episcopi Vermiensis, in margine sinistro: Cardinales XXV.

^{a)} soluendo medietatem promissi a festo Sancti Michaelis proximo in unum annum et aliam medietatem in simili festo anno reuoluta.

2

*Joannes archiepiscopus Gneznensis promisit pro suo communi servitio 200
florenos et quinque minuta servitia consueta.*

[Villaenovae, die 4 maii, 1371].

3

Dominus Johannes archiepiscopus Gneznensis in Polonia, promisit pro suo communi seruitio II-C florenos et V seruitia. Soluendo medietatem in festo Pasce proximo et aliam medietatem in simili festo anno reuoluto. Alioquin etc.
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 35 f. 185': in margine dextro: XXII cardinales, in margine sinistro: Seruicium archiepiscopi Gneznensis.

3

Dobeslaus episcopus Plocensis promisit pro suo communi servitio 400 florenos et quinque minuta servitia, nec non pro similibus servitiis Stanislai, Nicolai, Imieslai et Bernardi predecessorum suorum promisit similiter.

[*Avinionii, die 13 iulii, 1375*].

Dominus Debeslaus episcopus Plocensis promisit pro suo communi seruitio IIII-C florenos et V seruitia consueta. Item recognouit pro communi seruitio domini Stambislai predecessoris sui IIII-C florenos et V seruitia, cuius predecessoris obligatio facta fuit die **XXIX** marci, de anno (MCCC)LXVIII^o. Item recognouit pro domino Nicholao predecessore suo alias IIII-C florenos et V seruitia, cuius predecessoris obligatio facta fuit die **XXIII** decembris de anno (MCCC)LXV^o. Item recognouit pro domino Imyslao predecessore suo alias IIII-C florenos et V seruitia, cuius predecessoris obligatio facta fuit die **XXVI** septembris de anno (MCCC)LXIII^o. Item pro domino Bernardo, Collegio CLXXV florenos et unum seruitium integrum, cuius predecessoris obligatio facta fuit die **XIIII** nouembris, de anno (MCCC)LVII^o. Soluendo promissum, ut supra et recognitum in similibus terminis ^{a)}.

*Arch. Vat. Obl. Sol. v. 35 f. 201: in margine sinistro: XVIII cardinales. XVII cardinales. XVI cardinales. XIX cardinales. XXIII cardinales, in margine dextro: Seruitium episcopi Plocensis, recognitio eiusdem (*haec formula invenitur quinques*).*

a) soluendo medietatem in festo Johannis Baptiste proximo, et aliam medietatem in simili festo anno reuoluto.

4

Nicolaus episcopus Poznaniensis promisit pro suo communi servitio 400 florenos et quinque minuta servitia.

[*Avinionii, die 3 septembris, 1375*].

Dominus Nicholaus episcopus Poznaniensis in Pollonia promisit pro suo communi seruitio IIII-C florenos et V seruitia consueta, soluendo ut supra ^{a)}. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 35 f. 203: in margine dextro: XVIII cardinales, in margine sinistro: Seruitium episcopi Poznaniensis.

a) soluendo medietatem a festo Sancti Michaelis proximo in unum annum, et aliam medietatem in simili festo anno reuoluto.

III *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 39.*

*Urbani V solutiones,
ab anno 1370 ad annum 1379 (a die 5 iulii ad diem 7 novembris)
ff. 1-396 olim ff. I-CCCLXVI,
ff. 42 olim f. I: "Liber registri Camere apostolice licterarum solucionum et dila-*

cionum communium seruiciorum prelatorum incepitus apud Montemflasconem die V mensis juli inclusiue anno millesimo CCCLXX, pontificatus domini Urbani pape quinti anno octauo."

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

IV Arch. Vat. Obl. Sol. v. 40.

Gregorii XI solutiones,

*ab anno 1372 ad annum 1374 (a die 19 decembris ad 30 decembris),
ff. 1-326, olim I-CCLXXVIII.*

f. 44 olim f. 1: "Regestrum quittacionum et dilacionum communium seruiciorum prelatorum incepturn in mense decembris anno a Natiuitate Domini M^oCCC^oLXXII, inductione XI, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii, diuina prouidencia, pape XI anno secundo".

ff. 320'-321 sequuntur "visitaciones recepte per clericos Camere de anno (MCCC)LXXIII."

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

V Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41.

Gregorii XI solutiones,

*ab anno 1375 ad annum 1376 (a die 25 decembris ad diem 30 augusti),
ff. 1-328 olim ff. I-CCLXXVII.*

f. 49, olim f. I: "Regestrum solutionum et dilationum communium seruiciorum, incepturn anno Domini M^oCCC^oLXXV, pontificatus domini nostri, domini Gregorii pape XI, anno quinto et VI."

ff. 263-325, visitationes.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM, W.: *Sprawozdanie z poszukiwań w archiwach i bibliotekach rzymskich do dziejów Polski w wiekach średnich za 1899-1913, in: "Collectanea ex Archivio Collegii Historici" series 2, tomus I, Editionum Collegii Historici Academiae Litterarum Poloniae, num. 78., Kraków, 1923, p. 1-65, cfr. p. 25.*

5

Petrus archiepiscopus Arelatensis domini Papae Camerarius Joanni archiepiscopo Gneznensi terminum facienda solutionis communis et quattuor minutorum servitiorum prorogat.

Avinioni, die 26 aprilis, 1375.

Uniuersis etc., Petrus etc.^{a)}, quod intellecta etc. pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi Gneznensis etc. quas ratione sui communis seruicii et quatuor seruiciorum familiaribus etc. usque ad festum Beate Marie Magdalene proxime futurum terminum etc. Ita tamen, etc. Datum Auinioni, die XXVI mensis aprilis, anno (MCCC)LXXV.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41 f. 109: in fine: I floren. II gross., in margine sinistro: Archiepiscopi Gnesnensis.

a) miseratione divina, archiepiscopus Arelatensis, domini nostri pape Camerarius, salutem in Domino. Universitatì vestre notum facimus per presentes,

6

Petrus archiepiscopus Arelatensis domini Papae Camerarius Joannem archiepiscopum Gneznensem pro solutione partis communis et quattuor minutorum servitiorum per manus Swentoslai Gregorii facta quitat.

Avinioni, die 25 iunii, 1375.

Uniuersis etc. Petrus etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Gneznensis, pro parte partis sui communis seruitii in quo etc. quinquaginta florenos auri Camere prefate, nec non pro parte partis quatuor seruitiorum familiaribus etc. nouem florenos auri, quinque solidos monete auinionensis, clericis etc. recipientibus, per manus Suentoslai Gregorii procuratoris sui solui fecit. De quibus etc. Insuper etc. Datum Auinioni, die XXV junii, anno (MCCC)LXXV.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41 f. 135: in fine: II floren. II gross., in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

7

Petrus archiepiscopus Arelatensis domini Papae Camerarius Henricum episcopum Warmiensem pro solutione partis communis et quattuor minutorum servitiorum per manus Nicolai Calis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Avinioni, die 25 septemboris, 1375.

Uniuersis etc. Petrus etc. ad uniuersitatis etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus episcopus Varmiensis in prouincia Rigensi in Prucia, pro parte partis sui communis seruitii, in quo etc. triginta octo florenos auri de Camera, duodecim solidos, sex denarios monete auinionensis, ipsi Camere, nec non pro parte partis quatuor seruitiorum familiaribus etc. quinque florenos auri de Camera, undecim solidos dicte monete, clericis etc. recipientibus, per manus Nicholai Calis canonici Varmiensis, die date presencium solui fecit. De quibus etc. Verum etc. usque ad festum Pasce Domini proxime futurum etc. Ita tamen, etc. Insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die XXV mensis septemboris, anno (MCCC)LXXV.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41 f. 172: in fine: IIII floren., IIII gross., in margine sinistro: Episcopi Varmiensis, in prouincia Rigensi.

8

Petrus archiepiscopus Arelatensis domini Papae Camerarius Henricum episcopum Warmiensem pro solutione complementi communis et quattuor minutorum servitiorum per manus Nicolai Calis facta quitat.

Avinioni, die 28 ianuarii, 1376.

Uniuersis etc. Petrus etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus episcopus Vormiensis pro complemento sui communis seruicij in quo etc. centum sexaginta unum florenos auri de Camera, XV solidos, sex denarios monete auinionensis ipsi Camere, nec non pro complemento quatuor seruiciorum etc. viginti quinque florenos auri, undecim solidos dicte monete clericis etc. per manus Nicholai Calis, tempore debito etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die XXVIII januarii anno (MCCC)LXXVI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41 f. 226: in fine: II floren. II gross., in margine sinistro: Episcopi Vormiensis.

9

Petrus archiepiscopus Arelatensis domini Papae Camerarius Joannem archiepiscopum Gneznensem pro solutione complementi communis servitii et quattuor minutorum servitiorum per manus Wenceslai Gregorii facta quitat.

Avinioni, die 5 aprilis, 1376.

Uniuersis etc. Petrus etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Gneznensis, pro complemento sui communis seruicij in quo etc. quinquaginta florenos auri de Camera ipsi Camere, nec non pro complemento

quatuor seruitiorum etc., nouem florenos auri clericis etc., per manus Wencolay Gregorii procuratoris sui, tempore debito etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die quinta mensis aprilis, anno (MCCC)LXXVI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 41 f. 246': in fine: I. floren, II. gross., in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

VI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42.*

*Gregorii XI et Clementis VII solutiones,
ab anno 1375 ad annum 1381 (a die 10 ianuarii ad diem 20 iunii),
ff. 1-160 olim ff. 1-148.*

ff. 1-131, Gregorii XI,

ff. 132-160, Clementis VII.

Sine indicibus et titulis marginalibus.

Cfr. ABRAHAM, p. 25.

10

*Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Petrum Stephani
Collectorem et Nuntium in regnis Hungariae et Poloniae de pecuniis Camerae
apostolicae debitibus et solutis quitat.*

Avinioni, die 10 ianuarii, 1375.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Petrus, misereratione diuina, episcopus Magalonensis domini pape Thesaurarius, salutem in Domino. Ad uniuer- sitatis vestre noticiam tenore presentium deducimus, quod venerabilis vir do- minus Petrus Stephani in regnis Ungarie et Polonie, apostolice Sedis Nuntius et Collector, auctoritate apostolica specialiter deputatus, quos recepit a domino Chanislao episcopo Plocensi, in quibus idem dominus episcopus certis ex causis, Camere apostolice tenebatur, quos eciam Georgius Tegrini campstor de Luca, Curiam Romanam sequens, penes se habebat in deposito, prout in instru- mento per Gnukerinum de Lemeishusen, clericum Maguntine diocesis auctoritate imperiali publicum notarium, super hoc confecto plenius continetur, videlicet sexcentos florenos auri ponderis dicte Camere, pro VII-C florenis communibus seu currentibus, sex de Camera pro VII florenis communibus computatis, per manus dicti Georgii Tegrini et Bertrandi Nigri procuratoris dicti collectoris, nobis nomine eiusdem Camere recipientibus, die date presentium solui et assignari fecit. De quibus quidem VI-C florenis dicti ponderis Camere sic solutis et assignatis pro dictis VII-C florenis communibus, ut prefertur, ipsos, dominum Petrum collectorem, episcopum Plocensem, Georgium Tegrini et Bertrandum Nigri ac alios quorum interest seu interesse posset de premissis, heredes et successores suos ac ipsorum bona, nomine dicte Camere, tenore presentium absoluimus et quittamus. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri Thesaurariatus officii appensione muniri. Datum Auinioni, die X mensis januarii, anno a Natuitate Domini MCCCLXXV-to, inductione XIII-ia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii, diuina prouidentia, pape XI, anno quinto.

*Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 1: in margine sinistro: Excerptum est sumptum
pro domino Dobeslao episcopo Plocensi.*

11

*Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Petrum Stephani
Collectorem Hungariae et Poloniae de pecuniis Camerae apostolicae debitibus et
solutis quitat.*

Avinioni, die 28 februarii, 1375.

Uniuersis etc., Petrus etc., quod cum venerabilis vir dominus Petrus Ste- phani canonicus Agriensis, in regnis Polonie et Ungarie apostolice Sedis

Nuncius et Collector, de pecuniis per ipsum in dictis regnis receptis, ad Cameram apostolicam pertinentiis fecisset fieri cambium Brugis, per Detinar de Winsder mercatorem de Pruscia, cum Bartholo Johannis et Raynero Dominici, procuratoribus societatum domini Nicholay Jacobi Militis et Benedicti Nerocii de Albertis Antiquis de Florencia, de M IIII-C-LXXVII, florenis de Ungaria, per socios aut factores dictorum Albertorum Camere prefati reddendis et assignandis, hinc est, quod die date presentium positi, scripti et allocati fuerunt in libris receptorum Camere apostolice, et habiti pro receptis a Jacobo de Venanis et Philippo de Marsiliis sociis seu procuratoribus dictarum societatum, Curiam Romanam sequentibus, videlicet pro dictis MIII-C florenis de Ungaria, singulis pro XXVII solidis, VI denariis, et de Camera pro XXVIII solidis computatis, MIII-C-L floren. ponderis Camere, XVII sol., et VI den. monete Auinionensis. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni die ultima februarii, anno M^oCCC^oLXXV-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 16': in margine sinistro: Excerptum pro Petro Bartoli.

12

Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Dobeslaum episcopum Plocensem pro certis pecuniis Camerae apostolicae debitibus et per manus Bronislai prepositi Curzeloviensis et Georgii Tegrini solutis quitat.

Avinioni, die 16 iulii, 1375.

Uniuersis etc., Petrus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Debeslaus modernus episcopus Plocensis, in deduccionem VI-M floren. auri ponderis Camere, in quibus quondam dominus Nicholaus episcopus Plocensis predecessor suus certis ex causis Camere apostolice tenebatur, quos florenos idem dominus Debeslaus dicte Camere soluere promisit, prout in instrumento per magistrum Jacobum de Solegiis notarium dicte Camere, super premissis recepto, plenius continetur, octingentos florenos auri ponderis Camere, per manus domini Bronislai prepositi Curzelouicensis Gneznensis diocesis, procuratoris sui et Georgii Tegrini campсорis de Luca, Curiam Romanam sequentis, nobis nomine dicte Camere recipientibus, die date presentium solui et assignari fecit. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die XVI juli anno (MCCC)LXXV-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 26.

13

Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Nicolaum Strosberg in regno Poloniae subcollectorem de pecuniis Camerae apostolicae debitibus et solutis quitat.

Avinioni, die 6 iulii, 1375.

Uniuersis etc., Petrus etc., quod cum venerabilis vir dominus Nicholaus Strosbergh, in regno Polonie subcollector apostolicus, de pecuniis per ipsum in dicto regno receptis ad Cameram apostolicam pertinentiis fecisset cambium in villa de Brugis cum sociis Albertorum Antiquorum de Florencia ibidem commorantibus, de septingentis quinquaginta florenis auri de Ungaria et Boemia, per alios socios seu factores dictorum Albertorum, prefate Camere reddendis et assignandis, hinc est quod die date presentium positi, scripti, et allocati fuerunt in libris receptorum Camere apostolice et habiti pro receptis, a Petro Bartoli procuratore societatis domini Nicholay Jacobi Militis et Phy(lippo) de Marsiliis socio seu factore societatis Benedicti Nerocii de Albertis Antiquis predictis Curiam Romanam sequentibus, pro dictis VII-C-L florenis de Ungaria et Boemia, singulis pro XXVII solidis, VI denariis, et florenis Camere pro XXVIII solidis monete auinionensis computatis, videlicet VII-C-XXXVI floren. auri

ponderis Camere et XVII solid. dictae monete. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die VI julli, anno (MCCC)LXXV-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 29-29': *in margine sinistro*: Excerptum est sumptum pro Petro Bartoli.

14

Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Petrum Stephani de Wyar Collectorem in regnis Poloniae et Hungariae, de pecuniis Camerae apostolicae debitibus et solutis, quitat.

Avinioni, die 19 octobris, 1375.

Uniuersis etc., Petrus etc., quod venerabilis vir dominus Petrus Stephani archidiaconus de Wyar, in ecclesia Agriensi, in regnis Polonie et Ungarie apostolice Sedis Nuntius et Collector, de pecuniis per ipsum in dictis regnis habitis et receptis ad Cameram apostolicam pertinentibus, de quibus computare tenetur, M floren. auri de Ungaria, valentibus singulis pro XXVII solidis et VI denariis, et florenis Camere pro XXVIII solidis monete auinionensis computatis, nongentos octuaginta duos florenos auri ponderis Camere, et quatuor solidos monete auinionensis nobis nomine dicte Camere recipientibus, die date presentium manu-liter soluti et assignauit. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die XIX octobris, anno (MCCC)LXXV-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 43'-44.

15

Petrus episcopus Magalonensis domini Papae Thesaurarius Joannem Damyn et Heliam de Vodronio commissarios Camerae apostolicae, in dioecesi Caminensi et Zwernensi, de pecuniis Camerae apostolicae debitibus et solutis quitat.

Avinioni, die 1 aprilis, 1376.

Uniuersis etc., Petrus etc., quod venerabilis vir dominus Johannes Damyn vicedecanus in ecclesia Caminensi, in Caminensi et Zwernensi ciuitatibus et dioecesi ad recipiendum pecunias ad Cameram apostolicam quomodocumque pertinentibus, per dominum Heliam de Vodronio clericum Camere apostolice, dudum commissario, auctoritate apostolica deputato, de pecuniis per ipsum dominum Johannem in dictis ciuitatibus et dioecesi receptis ratione procuracionum, per felicis recordacionis dominum Urbanum papam V-tum ibidem impositarum, II-C floren. auri de Alamania, per manus Johannis de Degatzecow consanguinei sui, nobis nomine dicte Camere recipientibus, die date presencium solui et assignari fecit. De quibus etc. In quorum etc. Datum Auinioni, die prima aprilis, anno (MCCC)LXXVI-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 42 f. 58.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43.

*Gregorii XI et Clementis VII obligationes et solutiones,
ab anno 1376 ad annum 1378 (a die 27 septembbris ad diem 9 februarii),
ff. 1-188 pro ff. 3-30 olim ff. CCLIX-CCLXXXVI, vel ff. 1-28.*

*f. 3 olim ff. CCLIX, vel ff. 1: "Sequuntur recepta communium seruiciorum facta
in partibus Italie post recessum felicis recordacionis Gregorii XI usque ad regres-
sum domini nostri Clementis pape VII apud Auinionem".*

*f. 31 olim ff. 27: "Incipit die secunda januarii anno Domini millesimo CCC septua-
gesimo sexto et finit XXVI augusti anno nonagesimo octauo."*

*f. 33 olim ff. 29: "Taxatio litterarum communium et minutorum seruiciorum
prout sunt scripta etc."*

*"Primo: pro littera C floren. recipitur I floren. II gross. papal.
Secundo: de C floren. usque ad V-C exclusive, II floren. II gross.
Tercio: de V-C floren. usque ad M exclusive, III floren. III gross.
Quarto: de M floren. IIII floren. IIII gross.
Quinto: de MC floren. V floren. V gross.
Sexto: de MCC floren. VI floren. VI gross.
Septimo: de MV-C floren. VII floren. VII gross.
et sic de singulis, ut in primo millario.
Item de clausula: dilatationis I floren. I gross.
Item de clausula: absolutionis I floren. I gross.
Item de clausula: dispensationis I floren. I gross."*

f. 33: "Prout dictum est et narratum proferimus in hiis scriptis. Gregorius XI."

ff. 34-89 olim ff. I-LVI, vel f. 30-84,

ff. 90-188 olim ff. 85-183.

ff. 186-186' Formula iuramenti:

"Vos domini archiepiscopi et episcopi, abbates aut procuratores in personas dominorum uestrorum, de licencia et auctoritate apostolica nobis concessa gratis, sponte offertis, dare promittitis et donatis pro uestro communi seruicio "Camere sanctissimi patris et domini nostri, domini Clementis pape VII-mi et "sacro Collegio reuerendissimorum patrum dominorum sancte Romane Ecclesie "cardinalium, videlicet M florenos auri de Florencia boni et legitimi ponderis, "et quinque seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape "et dominorum cardinalium predictorum."

" Quos quidem florenos cum quinque seruiciis supradictis promittitis reddere "et soluere realiter cum effectu in Romana Curia, ubicumque fuerit, videlicet "reuerendis in Christo patribus dominis G[uilhelmo] tituli Sancti Stephani in "Celio Monte presbytero cardinali et Petro archiepiscopo Arelatensi domini nostri "pape et sacri Collegii dominorum cardinalium Camerariis, uel eorum successoribus aut deputatis ab eis, uidelicet M in tali festo proxime futuro et alias "mediatatem M in tali festo subsecuturo."

" Quod si dictis loco et terminis dictam summam florenorum et quinque seruicia consueta supradicta non soluatis, ut est dictum, promittitis redire ad curiam infra quatuor menses post elapsos terminos uel alterum eorumdem immediate sequentes et coram dictis dominis Camerariis aut successoribus suis personaliter comparere et inde non recedere donec per uos fuerit de predictis integraliter satisfactum."

" Super hoc obligatis uos, uestras ecclesias et monasteria et successores uestros et omnia bona dictarum ecclesiarum et monasteriorum, mobilia et immobilia, presencia et futura ubicumque sint et consistant."

" Et ut sitis vinculo forcioris obligacionis astricti submittitis uos et successores uestros jurisdiccioni et coercioni dictorum dominorum Camerariorum et cuiuslibet eorumdem in solidum et etiam successorum suorum".

" Et de voluntate vestra, qui hoc vultis et hoc petitis et hanc jurisdiccionem in eos prorogatis; prefati domini eandem jurisdiccionem in se suscipientes in uobis mandatum faciunt et preceptum, ut de re confessata, de soluendo dictas summas florenorum et quinque seruicia supradicta et de reueniendo ad Romanam Curiam et de non recedendo ab ea absque satisfaccione et quod omnia et singula supradicta efficaciter compleatis et attendatis."

" Quod si non feceritis, suspensionem ab administracione spiritualium et temporalium dictarum uestrarum ecclesiarum et monasteriorum et ab execucione pontificalium si qua habeatis et maiores excommunicacionis sentencias ex nunc prout ex tunc in uos canonica monitione premissa proferuntur in hiis scriptis."

" Comminantes nichilominus prefati domini contra vos dominos electos uel episcopos ac abbates processuros absque alta uocatione uel monitione ad grauiores penas et sentencias spirituales et temporales et agrauiaciones earum prout eis placuerit et uisum fuerit expedire."

“Et quod uos denunciabunt et denunciari facient per se uel per alium seu
”alios; excommunicatos, suspensos et periuros et aliis penis et sentenciis astrictos,
”quas propter hoc in vos duxerint preferendos.”

“Et uos domini electi et abbates, renunciatis super hoc omnibus litteris,
”privilegiis, indulgentiis apostolicis impetratis uel impetrantibus quibuscumque
”concessis et concedendis et beneficio absolucionis et restitucionis in integrum
”et omni foro usui, prescripcioni et jure reuocandi dominum et omni auxilio
”iuris canonici et civili per quod contra premissa de iure uel facto venire possetis
”uel aliquod premissorum.”

“Et omnia premissa et singula, juratis ad sancta Dei Euangelia, tenere,
”seruare, approbare et in contrarium non venire.”

ff. 1-56 *Gregorii XI,*

ff. 57'-159 *Clementis VII,*

ff. 159-177 *Benedicti XIII,*

pro annis 1403-1405, ff. 178'-188.

Sine indicibus, tituli marginales.

Cfr. *ABRAHAM*, p. 25.

16

Quitum pro solutione facta per Nicolaum episcopum Poznaniensem.

[*Avinioni*], die 12 [februarii, 1377].

Die XII dicti mensis, fuerunt recepti a domino Nicholao episcopo Posnaniensi, pro totali suo communis seruicio II-C floreni Camere.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43 f. 6': in margine sinistro: P(oznaniensis).

17

Quitum pro solutione facta per Wenceslaum episcopum Lubucensem.

[*Romae*, die 12 mai, 1377].

Die eadem fuerunt recepti a domino Wenceslao episcopo Lubucensi, pro parte partis sui communis seruicii, XLV floreni Camere, XVIII solidi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43 f. 10': in margine sinistro: L(ubucensis).

18

Quitum pro solutione facta per Wenceslaum episcopum Lubucensem.

[*Romae*, die 5 ianuarii, 1378].

Die eadem fuerunt recepti a domino Wenceslao episcopo Lubucensi, pro parte partis sui communis seruicii XLIII floreni Camere, XIX solidi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43 f. 20': in margine sinistro: L(ubucensis).

19

Quitum pro solutione facta per Wenceslaum episcopum Lubucensem.

[*Romae*], die 17 aprilis, [1378].

Die XVII dicti mensis fuerunt recepti a domino Wenceslao episcopo Lubucensi pro parte partis sui communis seruicii XI floreni Camere.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43 f. 24': in margine sinistro: L(ubucensis).

Joannes episcopus Pomesaniensis promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 1100 florenos et quinque minutae servitia consueta.

[*Romae, die 16 februarii, 1378.*]

Dominus Johannes episcopus Pomezaniensis in prouincia Regensi,^{a)} promisit pro suo communi seruitio Camere apostolice et Collegio MC florenos auri et quinque seruitia consueta. Soluendo medietatem in festo Nativitatis Domini proxime venturo et aliam medietatem in simili festo anno reuoluto. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 43 f. 55': in margine dextro: Seruicium episcopi Pomezaniensis in prouincia Regensi,^{a)} in margine sinistro: XXII cardinales.

a) Rigensi.

VIII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 44.

*Clementis VII et Benedicti XIII visitationes et provisiones,
ab anno 1381 ad annum 1394 (a die 9 aprilis ad diem 4 septembris),
ff. 1-69 olim ff. 1-66.
ff. 1-29 visitationes,
ff. 32-69 exitus palati domini Papae.
Sine indicibus, tituli marginales.
Pro Polonia nihil.*

IX Arch. Vat. Obl. Sol. v. 45.

*Clementis VII solutiones,
ab anno 1381 ad annum 1382 (a die 8 ianuarii ad diem 20 decembris),
Indices.
Pro Polonia nihil.*

X Arch. Vat. Obl. Sol. v. 45A.

*Clementis VII solutiones,
ab anno 1386 ad annum 1388 (a die 2 ianuarii ad diem 2 iulii),
ff. 1-246 olim ff. I-CLXIII, f. 47 olim f. 1.
ff. 1-226 solutiones,
ff. 226-228 visitationes,
ff. 240-246 quitantiae Camerarii Papae pro pecuniis Camerae.
Indices, tituli marginales.
Pro Polonia nihil.*

XI Arch. Vat. Obl. Sol. v. 46.

*Clementis VII solutiones,
ab anno 1382 ad annum 1383 (a die 22 ianuarii ad diem 19 iunii),
ff. 1-194 olim ff. I-CLIX.*

*ff. 1-164 regestrum solutionum et dilationum communium seruitiorum,
ff. 164-166 visitationes,
ff. 169-188 collectio pro subsidio in provinciis Galliae,
ff. 180-194 expensae.
Indices, tituli marginales.
Pro Polonia nihil.*

XII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47.

*Urbani VI et Bonifacii IX solutiones,
ab anno 1385 ad annum 1390 (a die 7 octobris ad diem 19 septembbris),
ff. 1-100 olim ff. 1-98.
ff. 1-78 Urbani VI,
ff. 78'-100 Bonifacii IX.
Sine indicibus, tituli marginales.*

21

Nicolaus tituli Sancti Cyriaci presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum suorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae, die 23 octobris, [1355].

Nos Nicolaus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Lubucensis, per manus domini Johannis Yersen, licenciati in decretis, canonicus Pragensis, pro parte partis sui communis seruicii etc. sexaginta unum florenos auri de Camera, solidos XXXIII, et denarios IIII, de moneta romana, et pro parte partis unius minutus seruicii, tres similes florenos, solidos XI, et denarios VIII de dicta moneta, nobis et familiaribus etc. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum, pro parte dicti reuerendi patris domini Johannis episcopi coram nobis exposita, que ipsum etc. terminum faciendo solutionis residui dicti communis et unius minutus seruicii, usque ad festum Sancti Michaelis de mense septembri proxime futuro etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Ianue, die XXIII mensis octobris, anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 1': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Lubucensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 111 p. 77, in excerpto.

a) miseratione divina, tituli Sancti Cyriaci presbyter cardinalis, sacri Collegii reverendissimorum in Christo patrum sacrosancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, universitatil vestre notum facimus per presentes,

22

Nicolaus tituli Sancti Cyriaci presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislaviensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Nicolai Gliwicz facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae, die 11 octobris, [1385].

Nos Nicolaus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus episcopus Wratislauensis, per manus magistri Nicolai Gliwiz litterarum apostolicarum scriptorem, pro parte partis sui communis seruicii etc., ducentos decem et septem florenos auri de Camera, solidos quinque et denarios quatuor de moneta romana, et pro parte partis unius minutus seruicii etc., tredecim similes florenos,

solidos septem et denarios decem, nobis et familiaribus et officialibus dicti Collegii die date presencium soluit realiter cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte dicti reuerendi patris domini Wenceslai episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum id in quo etc., terminum faciende solutionis residui dictorum seruiciorum a festo Omnis Sanctorum proxime futuro usque ad annum proxime secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Janue, die undecima mensis octobris, anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 2: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopi Wratislauiensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 109 p. 76.

23

Nicolaus tituli Sancti Cyriaci presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Cracoviensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum quitat.

Januae, die 4 novembris, [1385].

Nos Nicolaus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Cracouiensis pro parte partis sui communis seruicii in quo etc., viginti tres florenos auri de Camera, solidos XXXVIII et denarios IIII-or de moneta romana, et pro parte partis unius minuti seruicii consueti etc., unum florenum similem, solidos XXVI, et denarios VIII de dicta moneta nobis et familiaribus etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Janue die IIII mensis nouembris anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 3: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Cracouiensis.

24

Nicolaus tituli Sancti Cyriaci presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Cracoviensem pro solutione sui unius minuti servitii atque parte partis communis et minuti servitiorum episcopi Zawisii praedecessoris sui, per manus Bertoldi Hamerer procuratoris sui facta, quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae, die 15 martii, 1386.

Nos Nicolaus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Cracouiensis, alias per ipsum solutos in pluribus et diuersis vicibus uno minuto seruicio consueto debito pro familiaribus et officialibus dicti Collegii, in quo ratione dicte Camere Collegii ratione predicta exitit obligatus, ducentos triginta octo florenos auri de Camera, solidos quadraginta sex, denarios nouem et obulum de moneta romana, et pro parte partis communis seruicii domini Zawisii predecessoris sui, per eumdem dominum Zauisium ipsi Camere promissi et non soluti, trecentos et nonaginta septem similes florenos, solidum unum, denarios IIII-or et obulum de dicta moneta, et pro parte partis unius minuti seruicli consueti debiti pro familiaribus et officialibus dicti Collegii per ipsum dominum Zauisium promissi et non soluti, viginti quinque similes florenos, solidos XXX denarios VIII et duos tercios alterius similis denarii monete predice, per manus honorabilis viri Bertoldi Hamerer, cuius Cracouiensis, die date presencium solui fecit realiter cum effectu. De quibus supradictis summis tam pro se quam pro predecessore suo sic datis sic solutis, dictum reuerendum patrem dominum Joannem episcopum eiusque heredes et successores et dictam suam ecclesiam Cracoviensem tenore presencium quitamus etc., liberamus ipsumque ab excommunicationis sententia, quam incurrit propter moram solutionum predictorum non factarum termino constituto et a reatu perjurii et aliis penis etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte dicti reue-

rendi patris domini Johannis episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum id in quo Camere ac familiaribus et officialibus dicti Collegii, ratione dictorum communis et unius minuti seruiciorum predictorum debitorum, ut supra, pro dicto domino Zauisio predecessore suo remanet adhuc efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter inpotentem, auctoritate dicti Collegii nobis in hac parte concessa, terminum faciende solutionis residui dictorum communis et unius minuti seruiciorum, usque ad festum Omnim Sanctorum proxime futurum prorogamus et de nouo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Janue, sub anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo LXXXVI, inductione nona, die quinta decima mensis marcii, pontificatus, anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 12: in fine: floren. VI, gross. VI, in margine sinistro: Episcopi Cracouiensis.

25

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Reinhardum episcopum Culmensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Petri Lyse facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae, die 11 septembbris, 1386.

Nos Franciscus etc.,^{a)} quod reuerendus in Christo pater dominus Reynardus, Dei gratia, episcopus Culmensis, pro parte partis sui communis seruitii in quo Camere Collegii etc., viginti quinque florenos auri de Camera, et pro parte partis unius minuti seruitii duos similes florenos etc., per manus discreti viri domini Petri Lyse, canonici Crusuiciensis Wladislauiensis diocesis, die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic datis etc. Ipsumque ab excommunicationis etc. Secum super irregularitate etc. Verum intellecta mole etc., terminum faciende solutionis etc., usque ad festum Resurrepcionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum et de nouo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Janue, anno Natiuitatis Domini M^oCCC^o octuagesimo sexto, inductione nona, die undecima mensis septembbris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani pape sexti, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 26: in fine: floren. IIII, gross. IIII, facta diuisio; in margine sinistro: Episcopus Culmensis .

a) miseratione Diuina, sancti Eustachii dyaconus cardinalis sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sacrosante Ecclesie Romane cardinalium Camerarius, uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes,

26

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione complementi communis et minuti servitiorum suorum per manus Nicolai de Antiquapascua facta quitat.

Januae, die 18 septembbris, 1386.

Nos Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Wladislauiensis, pro complemento sui communis seruitii in quo Camere Collegii etc., ducentos decem florenos auri de Camera, solidos undecim, denarios quatuor monete romane, et pro complemento unius minuti seruitii decem et noueni florenos, solidos quinque, denarios septem monete predice, nobis et familiaribus et officialibus dicti Collegii per manus discreti viri Nicolai de Antiquapascua de Polonia die date presentium, debito tempore, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic datis sic solutis etc. In quorum testimonium etc. Datum Janue sub anno a Natiuitate Domini M^oCCC^o octuagesimo

sesto, indictione nona, die decima octaua mensis septembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidencia, pape sexti, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 26': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Wladislauiensis.

27

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislaviensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum suorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae die 13 octobris, 1386.

Nos Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Venceslaus episcopus Wratislauensis, pro parte partis sui communis seruitii in quo Camere Collegii etc., octuaginta sex florenos auri de Camera, solidos quatraginta unum, denarios decem et obolum, et pro parte partis unius minutus seruitii consueti debiti etc., quinque similes florenos auri de Camera, solidos quinque, denarios tres monete predicte, nobis ac familiaribus et officialibus dicti Collegii per manus honorabilis viri domini Nicolai de Seluiz canonici dicte ecclesie, die date presentium, debito tempore, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic datis sic solutis etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte etc., terminum faciende solutionis residui dictorum communis et unius minutus seruiciorum, usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum prorogamus et de nouo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Janue sub anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die terciadecima mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidencia, pape sexti, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 28: in fine: II floren., II gross., in margine sinistro: Episcopus Wratislauensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 126 p. 85.

28

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum suorum quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Januae, die 6 novembris, 1386.

Nos Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Lubucensis pro parte partis sui communis seruitii etc., octo florenos auri de Camera, solidos quatraginta, denarios quinque monete romane, et pro parte partis unius minutus seruitii etc., solidos viginti tres, denarios decem monete predicte, nobis et familiaribus et officialibus dicti Collegii, per manus venerabilis viri domini Nicolay de Salniz canonici ecclesie Wratislauensis die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic datis etc. Ipsum ab excommunicationis etc. Secum super irregularitate etc. Verum intellecta etc., terminum faciende solutionis residui dictorum communis et unius minutus seruitiorum, usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum prorogamus et de nouo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Janue, sub anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die sexta mensis nouembris, pontificatus

ficatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidencia, pape sexti, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 30: in fine: IIII floren., IIII gross., in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 128 p. 86, in excerpto.

29

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joanni episcopo Caminensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitorum suorum prorogat.

Lucae, die 9 martii, 1387.

Nos Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis, Dei gratia, episcopi Caminensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum etc., terminum faciende solutionis dictorum communis et unius minutus seruitiorum etc., usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proximum futurum prorogamus et de nouo assignamus eidem. Ita tamen quod si etc. Ipsumque ab excommunicationis etc. Secum super irregularitate si quam etc. In quorum etc. Datum Luce, sub anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, indictione decima, die nona mensis marci, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidencia, pape sexti, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 36: in fine: III floren., III gross., in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

30

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Henricum episcopum Sambiensem pro solutione parte partis communis servitii Tilonis predecessoris sui per manus Johannis Pedis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 10 martii, 1389.

Nos Franciscus etc., uniuersis etc., salutem etc., uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, episcopus Sambiensis, pro parte partis communis seruicii domini Tylonis predecessoris sui, per ipsum dominum Tilonem promissi et non soluti ac per ipsum dominum Henricum recogniti, ducentos florenos auri de Hungaria, reductos ad centum nonaginta quinque florenos auri de Camera, solidos undecim, denarios tres monete romane nobis, non facta diuisione de minuto seruicio, per manus domini Johannis Pedis, canonici Warmiensis, die date presencium solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta pro residuo terminum, usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum prorogamus etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione duodecima, die decima mensis marci, pontificatus anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 53: in fine: III floren., III gross., in margine sinistro: Episcopi Sambiensis.

31

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislavensem pro solutione partis com-

munis servitii sui per manus Joannis Bruger procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 30 ianuarii, 1389.

Nos Franciscus etc., uniuersis etc., salutem etc., uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus, Dei gratia, episcopus Wratislauiensis, pro parte partis sui communis seruicii, in quo sacro Collegio etc. centum florenos auri de Camera nobis, non facta divisione de minuto seruicio, per manus honorabilis viri domini Johannis Bruger, altariste Sancte Crucis Wratislauensis, die date presencium, tempore debito solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta, pro residuo terminum a festo Purificationis Beate Marie Virginis proxime futurum ad annum ex tunc immediate secuturum prorogamus et de nouo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione duodecima, die penultima mensis januarii, pontificatus etc., anno undecimo. De alio mense facta fuit solutio et non tempore meo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 54': in fine: II floren., II gross., in margine sinistro: Episcopi Wratislauensis,

Cfr. KROFTA vol. V nr. 170 p. 108.

32

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem archiepiscopum Gneznensem pro solutione partis communis servitii sui per manus Mathiae Schurgast procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 3 aprilis, 1389.

Nos Franciscus etc., quod reverendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Gneznensis, pro parte partis sui communis seruicii in quo Camere Collegii dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis ratione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, quinquaginta florenos auri de Camera, nobis per manus honorabilis viri Mathie de Schurgast layci diocesis Wratislauensis, die date presencium, tempore debito, non facta divisione de minuto seruicio, solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione XII-a, die tercia mensis aprilis, pontificatus etc., anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 56': in fine: II floren., II gross., in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 179 p. 112, in excerpto.

33

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joanni electo Caminensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitiorum suorum prorogat.

Romae, die 9 iulii, 1389.

Nos Franciscus etc., miseracione diuina etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi patris domini Johannis, Dei gratia, electi Caminensis etc., terminum usque ad festum Resurrecccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Domini, millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione XII, die nona mensis julii pontificatus etc., anno duodecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 67': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Electi Caminensis.

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis, Collegii cardinalium Camerarius, Reinhardo episcopo Culmensi terminum facienda solutionis communis et minuti servitiorum prorogat.

Romae, die 27 novembris, 1389.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Reynhardi, Dei gratia, episcopi Culmensis coram nobis exposita, que ipsum etc. terminum faciende solutionis dictorum communis et unius minuti seruitiorum usque ad festum Resurrecccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc., ipsumque ab excommunicationis etc. Secum super etc. In quorum testimonium etc. Datum Rome, apud Sanctum Petrum sub anno Domini M^oCCC^o octuagesimo nono, indictione duodecima, die vicesima septima mensis nouembris, pontificatus domini Bonifacii anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 79: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis, Collegii cardinalium Camerarius, Henricum episcopum Sambiensem pro solutione complementi communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Andree Lewyn procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 3 decembris, 1389.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, episcopus Sambiensis, pro complemento sui communis etc., octuaginta tres florenos auri de Camera, solidos quatuordecim, denarios septem monete romane, et pro complemento unius minuti seruicij etc., quinque florenos similes, solidos decem, denarios tres et obulum dicte monete nobis etc., per manus honorabilis viri domini Andree de Lewyn capellani sancti Georgii extra muros Danczha^{a)} Wladislauiensis diocesis. De quibus etc. Ipsumque etc. Secum etc. Verum intellecta mole grauaminum etc., terminum etc., pro suo recognito usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Domini, M^oCCC^oLXXXIX, indicione duodecima, die tercia mensis decembris, pontificatus domini Bonifacii, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 82: in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine sinistro: Episcopi Sambiensis. De hac soluzione facta fuit diuisio de mense preterito. Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 79 p. 68.

a) Gedanum.

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis, Collegii cardinalium Camerarius, Wenceslaum episcopum Wratislaviensem de solutione partis communis et minuti servitiorum per manus Nicolai Gliwicz facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 ianuarii, 1390.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus, Dei gratia, episcopus Wratislauiensis pro parte etc., octuaginta sex florenos auri de Camera, solidos quadraginta unum, denarios X et obulum monete romane et pro parte partis unius minuti seruicij etc., quinque florenos similes, solidos tredecim, denarios tres dicte monete nobis etc., per manus honorabilis viri magistri Nicolai Gliwits apostolicarum litterarum scriptoris, tempore debito

solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta etc., terminum faciende solucionis dictorum seruiciorum a festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro ad annum ex tunc secuturo prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, inductione tertiadecima, mensis januarii die vice-sima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, divina providencia, pape noni, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 86': in fine: flor. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Wratislaviensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 91 p. 81; KROFTA vol. V nr. 298 p. 167, in excerpto.

37

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Henrico episcopo Wladislaviensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitiorum suorum prorogat.

Romae, die 28 ianuarii, 1390.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Henrici, Dei gratia, episcopi Wradislauiensis, coram nobis exposita etc., terminum faciende solucionis dictorum communis et unius minutus seruiciorum a festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro, usque ad annum ex tunc secuturum immediate prorogamus etc. Ita tamen etc. Ipsumque etc. Secum super irregularitate etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini M^oCCC-mo nonagesimo, inductione XIII-ia, die XX-ma octaua mensis januarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia, pape noni, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 87': in margine sinistro: Episcopi Wradislauiensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 94 p. 83-84.

38

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Reinhardo episcopo Culmensi terminum facienda solutionis pro suis communi et uno minuto servitiis ulterius prorogat.

Romae, [die 1 aprilis, 1390].

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Raynhardi episcopi Culmensis, coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum id etc., auctoritate dicti Collegii etc., terminum faciende solucionis dictorum seruiciorum usque ad festum Sancti Michaelis de mense septembri proximo futuro prorogamus. Ita tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno etc., domini Bonifacii pape noni, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 91': In fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 109 p. 100-101.

39

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joanni episcopo Caminensi terminum facienda solutionis sui communis et unius minutus servitiorum prorogat.

Romae, die 24 martii, 1390.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis episcopi Caminensis, que ipsum ad soluendum

etc., terminum faciende solucionis etc., usque ad festum Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini, millesimo trecentesimo nonagesimo, indictione terciadecima, die uicesima quarta mensis marci, pontificatus etc., domini Bonifacii pape VIII, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 47 f. 93: In fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 108 p. 100.

XIII. *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48.*

*Urbani VI, Bonifacii IX obligationes,
ab anno 1386 ad annum 1397 (a die 16 octobris ad diem 18 iulii),
ff. 1-239 olim ff. I-CLXXIII.*

J. 53 olim f. 19: "Incipiunt obligationes prelatorum, qui se obligauerunt apostolice Camere et sacro Collegio reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro communibus seruitiis eorundem et quinque minutis seruitiis consuetis incipiendo de anno Natiuitatis Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione octaua, et finiendo prout sequitur pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidentia, pape sexti, anno octauo. Residente prefato domino nostro in ciuitate Januensi apud ecclesiam Sancti Johannis Jerosolimitani."

ff. 1-125 Urbani VI,

ff. 126-239 Bonifacii IX.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 25.

40

Joannes electus episcopus Caminensis per Henricum Poworcz procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta servitia.

Januae, die 7 novembris, 1385.

Anno, indictione, pontificatus, loco, die quibus supra, coram et presentibus supradictis^{a)}, reuerendus in Christo pater dominus Johannes electus Caminensis, per honorabilem virum dominum Henricum Poworcz canonicum Caminensem procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruitio duo mila florenos auri de Camera et quinque seruitia consueta. Soluendo medietatem in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro, et aliam medietatem in simili festo anno reuolutu. Alioquin etc. Iuravit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 56: in margine dextro: VIII cardinales, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

a) anno Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione octaua, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, diuina prouidentia pape sexti, anno octauo, die uero Martis septima dicti mensis nouembris Janue, apud ecclesiam Sancti Johannis Jerosolimitani in Thesauraria apostolice Camere, coram prefato reuerendissimo in Christo patre domino Jacobo, predicta miseratione diuina, archiepiscopo Januensi, commissario per prefatum dominum nostrum deputato, ad obligationes communim et minutorum seruitiorum dominorum quomodocumque prelatorum recipendas, presentibus predictis: reuerendo in Christo patre domino Mafiolio, Dei gratia, archiepiscopo Ragusino, domini nostri pape vicethesaurario, et venerabilibus viris dominis: Johanne Mauro, Saluatore de Achilie apostolice Camere et Lucha Florelli Collegii clericis.

Joannes episcopus Caminensis per Henricum de Karchow procuratorem suum recognovit Camerae et Collegio pro communi servitio Joannis praedecessoris sui florenos auri 2000 et quinque minuta servitia consueta.

Januae, die 5 maii, 1386.

Anno, indictione, pontificatus, loco, die, mense, coram et presentibus quibus supra,^{a)} reuerendus pater dominus Johannes Brunonis electus Caminensis, per dominum Henricum de Karchow canonicum prebendarium Sancte Marie in Gothare Maguntine diocesis, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, quia prouisio eiusdem ecclesie bis fuit facta in anno presenti, recognouit Camere et Collegio, pro communi seruitio domini Johannis immediati praedecessoris sui, duo milia florenos auri de Camera et quinque seruitia consueta. Soluendo medietatem in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro, et aliam medietatem in festo Natiuitatis sancti Johannis Baptiste ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc., Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 65': in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

a) anno MCCCLXXXVI^o, indictione IX, pontificatus... Urbani... VI, anno IX Janue coram prefato reuerendissimo patre et domino Marino, miseratione diuina Sancte Marie Noue dyacono cardinali, domini pape Camerario, presentibus reuerendis in Christo patribus dominis Jacobo archiepiscopo Januensi, Guillermo episcopo Anconitano, domini nostri pape Thesaurario et venerabilibus viris dominis Jacobo Dardanii, Johanne Mauro et Saluatore de Achille, Camere, et Lucha Florelli, Collegii clericis.

Henricus episcopus Sambiensis per Albertum Alardi procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 800 et quinque minuta servitia, itemque recognovit pro similibus Tilonis praedecessoris sui.

Januae, die 12 septembbris, 1386.

Anno, indictione, pontificatus predictis^{a)} die vero Mercuri XII, dicti mensis septembbris, presentibus quibus supra,^{b)} reuerendus pater dominus Henricus Kuwal episcopus Sambiensis, per dominum Albertum Alardi de Bartensten canonicum Sambensem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio octingentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio predictis pro communi seruicio domini Tylonis praedecessoris sui, quatringentos nonaginta unum florenos auri de Camera, solidos viginti sex, denarios quatuor monete romane et quinque seruicia pro rata. Soluendo medietatem promissi in festo Assumpxionis Beate Marie Virginis proxime futuro, et aliam medietatem in simili festo anno reuoluto, et recognitum totum post dictos duos terminos in alio simili festo postmodum immedia sequenti. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 73'-74: in margine dextro: XVI cardinales, XII cardinales, in margine sinistro: Episcopus Sambiensis.

a) anno MCCCLXXXVI^o, indictione IX, pontificatus... Urbani... VI anno IX Janue.

b) Coram Marino tituli Sancte Marie Noue diacono cardinali domini pape Camerario, presentibus reuerendis in Christo patribus dominis, Jacobo archiepiscopo Januensi, Guillermo episcopo Anconitano domini nostri pape Thesaurario, et venerabilibus viris dominis, Jacobo Dardanii, Johanne Mauro et Saluatore de Achille, Camere apostolice clericis, et domino Thoma de Fisecchio procuratore fisci.

Joannes archiepiscopus Gneznensis per Nicolaum Gliwicz procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 200 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 29 martii, 1389.

Anno, inductione, pontificatus, loco, presentibus, coram, die, mense, quibus proxime supra,^{a)} reuerendus pater dominus Johannes, archiepiscopus Gneznensis, per dominum Nicolaum de Glywic literarum apostolicarum scriptorem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio, ducentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo prout proxime supra.^{b)}

Arch. Vat. Obl. Sol. 48 f. 112': in margine dextro: XV cardinales, in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 178 p. 112.

a) anno millesimo trecentesimo octuagesimo nono, inductione duodecima pontificatus... Urbani... pape... sexti anno undecimo, Rome in Thesauraria apostolice Camere, coram reuerendissimo... domino Marino, miseratione diuina, Sancte Marie Noue dyacono Cardinali domini pape Camerario, presentibus reuerendis in Christo patribus dominis Cosmato archiepiscopo Rauenatensi et Augustino episcopo Perusino domini nostri pape Thesaurario, venerabilibus viris dominis Johanne Mauro, Saluatore de Achille, Camere et Erasmo de Viterbio Collegii clericis...

b) Soluendo medietatem in festo Natiuitate Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro. Aliam medietatem in festo Resurreccionalis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo.

44

Henricus episcopus Wladislaviensis, per Nicolaum Gliwicz procuratorem suum, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 14 maii, 1389.

Anno, inductione, pontificatus, loco, coram, presentibus quibus supra^{a)} die uero XIII mensis maii supra dicti, reuerendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauiensis, per magistrum Nicolaum de Gliwicz litterarum apostolicarum scriptorem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio mille florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro, aliam medietatem in festo Penthecostes ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurault etc. Item recognouit si et in quantum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 116': in margine dextro: XV cardinales, in margine sinistro: Episcopi Wladislauiensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 182 p. 114.

a) ut immediate supra.

45

Mathias abbas monasterii in Sagano Wratislaviensis dioecesis propter paupertatem a solutione communis servitii "pro hac vice dumtaxat" liberatur.

Romae, die 16 decembris, 1390.

Anno, inductione, pontificatus, loco, die, mense, coram et presentibus quibus supra,^{a)} venerabilis pater frater Mathias abbas monasteri in Sagano ordinis Sancti Augustini, Wratislauiensis dioecesis, fuit hac uice dumtaxat, propter paupertatem dicti monasterii a prestatione sui communis seruitii liberatus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 146': in margine sinistro: Abbas monasterii in Sagano.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 167 p. 155-156; KROFTA vol V nr. 452 p. 236, in excerpto.

a) anno millesimo trecentesimo nonagesimo, inductione decima quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidentia, pape noni anno secundo, die vero sabbati decima sexta mensis decembris, in Urbe in apostolico palatio, apud Sanctum Petrum, in Thesauraria Camere, coram Marino... Camerario... presentibus reuerendo in Christo patre et domino Augustino, Dei gratia, episcopo Perusino domini nostri pape Thesaurario et venerabilibus viris dominis Baylardino et Francisco apostolice Camere et Jacobo Warna Collegii clericis.

Nicolaus episcopus Culmensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 700 et quinque minuta servitia consueta item recognovit pro similibus Reinhardi praedecessoris sui.

Romae, die 20 decembris, 1390.

Anno, inductione, pontificatus, loco, coram, et presentibus quibus supra,^{a)} die martis vigesima^{b)} mensis decembris, reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Culmensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio septingentos florenos auri de Camera et quinque minuta seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Reynhardi predecessoris sui ducentos nonaginta tres florenos, et pro quinque seruiciis, centum octo similes florenos, solidos sex, denarios octo monete romane^{c)}. Soluendo medietatem promissi in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro ad annum ex tunc proxime secuturum, et aliam medietatem in festo Assumptionis Beate Marie Virginis ex tunc proxime secuturo. Et totum recognitum in festo Resurrecccionis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc immediate postea secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 147: in margine dextro: XVI cardinales, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 170 p. 159.

a) ut immediate supra.

b) infra nr. 51 - habet "XXXII".

c) tota pars incipiens a verbo: "Item" ad "romane" deleta cum explicatione in margine sinistro: "Indictione XV, die XV februarii, satisfactum de recognito pro domino Reynhardo, ideo cancellata, et quere ad dictam diem in libro solutionum communium seruitiorum".

Henricus electus Plocensis, per Daripegum Nassagnei procuratorem suum, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Stibori et Debeslai predecessorum suorum.

Romae, die 4 septembbris, 1391.

Anno, inductione, pontificatus, loco quibus antea^{a)} die vero lune quarta mensis septembbris, coram prefato reuerendissimo in Christo patre et domino domino Marino, miseratione diuina, Sancte Marie Noue dyacono cardinali domini pape Camerario, presentibus venerabilibus viris dominis Paulo Baylardino et Francisco, Camere et Jacobo, Collegii clericis, reuerendus pater dominus Henricus electus Plocensis per dominum Daripegum Nassagnei canonicum Plocensem, procuratorem ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quatrtingentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Stiborii predecessoris sui, alios similes quatringentos florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere tantum pro communi seruicio domini Debeslai ante-predecessoris sui, trecentos sexaginta octo similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Pentecostes proxime futuro et aliam medietatem in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo. Et recognita similiter modis et terminis successiuis. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 160: in margine dextro: XVIII cardinales, XX cardinales, XVIII cardinales, in margine sinistro: Episcopi Plocensis.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, inductione decima quarta, pontificatus... Bonifacii... pape IX, anno secundo, in palatio apostolico in Thesauraria Camere, Rome.

Mafiolus episcopus Cracoviensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 3000 et quinque minuta servitia.

Romae, die 1 martii, 1392.

Anno, inductione, pontificatus, loco, coram, et presentibus quibus supra^{a)} die vero veneris prima mensis marci, reuerendus pater dominus Mafiolus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruitio tria milia florenos auri de Camera et quinque minuta seruitia consueta. Soluendo medietatem in festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem in simili festo anno reuoluto. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 166: in margine dextro: XVIII Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Cracoviensis.

a) anno millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, inductione decima quinta, pontificatus... domini... Bonifaci... noni anno III^o, coram domino Marino, miseratione diuina Sancte Marie Noue diaconi cardinale domini pape Camerario, presentibus reuerendo in Christo patre domino Augustino, Dei gratia, episcopo Perusino domini nostri pape Thesaurario et venerabilibus viris dominis Paulo Thomaso et Francisco apostolice Camere et Jacobo Collegii clericis.

Joannes episcopus Lubucensis per procuratorem suum Nicolaum de Olavia promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 300 et quinque minuta servitia, itemque recognovit pro similibus praedecessoris sui Wenceslai.

Perusii, die 14 novembris, 1392.

Anno, inductione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra^{a)} die vero iouis quarta decima die dicti mensis nouembris, reuerendus pater dominus Johannes episcopus Lubucensis, per dominum Nicolaum de Olavia procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruitio trecentos florenos auri de Camera et quinque seruitia consueta. Item recognouit Camere tantummodo pro communi seruitio domini Wenceslai antepredecessoris sui, septuaginta nouem similes florenos, solidos quadraginta duos monete romane et quinque seruitia consueta, pro rata. Soluendo medietatem promissi in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem cum toto recognito, in festo Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime securuo. Alioquin etc., jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. v. 48 f. 177: In margine dextro: XVIII Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Lubucensis.

Cfr. KROFTA v. V nr. 648 p. 367, in excerpto, ubi erronee: "Romae", loco: "Perusii".

a) anno Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, inductione quintadecima, pontificatus prefati... domini Bonifaci... pape noni, anno quarto, in ciuitate Perusii ubi prefatus dominus noster cum sua Romana Curia feliciter residet de presenti in Thesauraria apostolice Camere siue iuxta ecclesiam Sancti Laurencii maioris ecclesie Perusine, coram prefato reuerendissimo in Christo patre domino, domino Marino... pape Camerario, presentibus reuerendo in Christo patre domino Augustino, Dei gratia, episcopo Perusino domini nostri pape Thesaurario et venerabilibus viris dominis Paulo Thoma et Francisco apostolice Camere et domino Jacobo, Collegii, clericis.

Petrus episcopus Cracoviensis per procuratorem suum Petrum de Strelicz recognovit Camerae et Collegio pro communi servitio Mafiolii praedecessoris sui 3000 florenos auri et quinque servitia consueta.

Perusii, die 19 martii, 1393.

Anno, inductione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra^{a)} die vero mercurii decima nona dicti mensis decembris, reuerendus pater do-

minus Petrus de Radolina electus Cracouiensis, per dominum Petrum de Sterlicz, canonicum prebendarium ecclesie Cracouiensis, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio Maffioli predecessoris sui, quia bis in anno fuit facta promocio, tria milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem in festo Resurrecionis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 178': in margine dextro: XVII Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Cracouiensis.

a) *ut immediate supra.*

51

Mafiolus episcopus Plocensis per Ambrosium de Vicecomitibus promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Stiborii et Dobeslai.

Perusii, die 17 aprilis, 1393.

Anno, indictione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra,^{a)} die uero iouis decima septima mensis aprilis, reuerendus pater dominus Maffiolus; Dei gratia, episcopus Plocensis, per dominum Ambrosium de Vicecomitibus de Mediolano, acolitum domini nostri pape, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quatringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Stiborii predecessoris sui trecentos triginta sex similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere tantummodo pro communi seruicio domini Dobeslai antepredecessoris sui alias quatringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum hinc ad duos annos proxime futuros et recognita similibus modis et terminis successiue. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 181: in margine dextro: XVII cardinales, XX cardinales, XVIII cardinales, in margine sinistro: Episcopi Plocensis.

a) *ut immediate supra.*

52

Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis per Albertum Jastrzembiec procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 200 et quinque servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Joannis praedecessoris sui.

Romae, die 5 martii, 1394.

Anno, indictione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra,^{a)} die uero iouis quinta mensis marci, reuerendus in Christo pater dominus Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis, per venerabilem virum dominum Albertum Jastrabecz scolasticum Gneznensem procuratorem suum, ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio ducentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui centum similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo totum tam promissum quam recognitum in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 193: in margine dextro: XVI cardinales, XV cardinales, in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus... domini Bonifacii pape noni anno quinto, in Urbe in Thesauraria apostolice Camere apud Sanctum Petrum, coram prefato domino Marino... presentibus... domino Antonio... episcopo Pennensi et... Paulo Francisco et Marthino apostolice Camere et Flamingo Collegii clericis.

Joannes episcopus Caminensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque servitia consueta, itemque recognovit pro similibus servitiis Joannis in ecclesia Caminensi et Dobrogostii in ecclesia Poznaniensi praedecessorum suorum. Romae, die 17 augusti, 1394.

Anno, indictione, pontificatus, loco quibus antea,^{a)} die vero tunc decima septima mensis augusti predicti, coram reuerendo in Christo patre domino Augustino episcopo Perusino, domini nostri pape Thesaurario, potestatem habente recipiendi obligaciones dominorum prelatorum, propter obitum dicti domini cardinalis Camerarii, presentibus venerabilibus viris dominis Paulo Francisco et Thoma, apostolice Camere clericis et Flamingo Collegii clericis, reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Caminensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio duo milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis, similiter vocati, predecessoris sui alia duo milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio ecclesie Poznaniensis cui prefuit quatringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Dobrogosci predecessoris sui in ipsa ecclesia Poznaniensi alios quatringentos florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio, sui ipsius tempore quo ipse ecclesie Poznaniensi prefuit, alios quatringentos florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem in simili festo anno reuoluto, et recognita similibus modis et terminis successue. Alioquin etc. Iurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 199: in margine dextro: XVI Cardinales, XVI Cardinales, XVI Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

a) anno... millesimo trecentesimo quarto, indictione II pontificatus sanctissimi... domini Bonifacii... pape noni, anno quinto in Urbe in Thesauraria Camere apostolice.

Rudolphus abbas monasterii in Sagano a praestatione sui communis servitii propter paupertatem liberatur. Romae, die 24 decembris, 1394.

Anno, indictione, pontificatus, loco, coram et presentibus quibus supra,^{a)} die iouis vigesima quarta die mensis decembris, venerabilis frater Radulfus abbas monasterii in Sagano, ordinis Sancti Augustini Wratislaviensis diocesis, fuit hac vice dumtaxat a prestacione sui communis seruicii propter paupertatem liberatus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 206: in margine sinistro: Abbati monasterii in Sagano.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 893 p. 484.

a) anno... millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus... domini Bonifacii... noni, anno sexto, coram reuerendissimo in Christo patre domino Conrado domini pape vicecamerario, presentibus reuerendo in Christo patre domino Augustino, Dei gratia, episcopo Perusino, domini nostri pape Thesaurario, et venerabilibus viris dominis Paulo Thomasio et Francisco, apostolice Camere, et Flamingo Collegii, clericis, in Urbe in Thesauraria Camere apostolice..."

Henricus electus Sambiensis per Joannem de Campis procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 800 et quinque

minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Tilonis praedecessoris sui.

Romae, die 30 martii, 1395.

Anno, indictione, pontificatus quibus antea,^{a)} die uero martis predicta, in Thesauraria apostolice Camere, coram prefato reuerendissimo domino Cameario, presentibus reuerendo in Christo patre domino Augustino episcopo Perusino domini nostri pape Thesaurario, et venerabilibus viris dominis Paulo Thomasio et Francisco, apostolice Camere et Flamingo, Collegii clericis, dominus frater Johannes de Campis, procurator ordinis Cruciferorum Beate Mariae de Pruscia, tamquam principalis et priuata persona, obligauit se Camere et Collegio pro communi seruicio reuerendi patris domini Tilonis predecessoris sui, undecim similes florenos, solidos quatraginta septem, denarios duos monete romane et pro quinque seruiciis, nonaginta duos similes florenos. Soluendo totum tam promissum quam recognitum a festo Resurrectionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro in annum ex tunc proxime secuturum et producere mandatum sufficiens ratihacionis obligacionis huiusmodi, uel de nouo se obligandi. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 210': in margine dextro: XIII Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Sambiensis.

^{a)} anno millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, indictione tercia, pontificatus... domini Bonifacii... anno sexto, die 30 marci.

56

Nicolaus electus in episcopum Poznaniensem per Petrum Cybrenis promisit Camerae et Collegio pro suo communi seruicio 400 florenos auri et quinque minuta servitia consueta itemque recognovit pro similibus Joannis praedecessoris sui.

Romae, die 16 novembris, 1395.

Anno, pontificatus, loco et indictione predicta,^{a)} die martis sexta decima mensis nouembris, coram et presentibus quibus supra,^{b)} reuerendus pater dominus Nicolaus electus in episcopum Poznaniensem, per venerabilem virum dominum Petrum Cybrenis custodem Gneznensem, obligauit se et sua bona tamquam principalis et priuata persona, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quatringentos florenos auri de Camere et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Joannis predecessoris sui alias florenos quatringentos et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime et aliam medietatem usque ad Nativitatem Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo et recognitum in similibus modis et terminis successive et producere mandatum sufficiens ratihacionis obligacionis huiusmodi uel de nouo se obligandi in primo termino. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 221': in margine dextro: XIIIII cardinales, XX cardinales, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

^{a)} anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, indictione tercia, pontificatus... domini Bonifacii... noni, anno septimo, in Urbe in Thesauraria apostolice Camere in palacio apostolico apud S. Petrum.

^{b)} coram reuerendissimo in Christo... Conrado... archiepiscopo Nicosiensi domini... pape Camerario, presentibus reuerendo... domino Augustino... episcopo Perusino... pape Thesaurario. et... Paulo Francisco et Thoma apostolice Camere, et Flamingo Collegii clericis.

57

Jacobus electus in episcopum Plocensem personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia

consueta, itemque recognouit pro similibus prädecessorum suorum Mafiolii, Stiborii et Dobeslai.

Romae, die 12 augusti, 1396.

Anno, pontificatus, loco et inductione predicta,^{a)} die sabbati XII mensis augusti, coram et presentibus predictis,^{b)} reuerendus pater dominus Jacobus electus in episcopum Plocensem personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quatringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Maffiolii predecessoris sui totidem. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Stiborii ante predecessoris sui trecentos viginti sex similes florenos et quinque seruicia. Item recognouit Camere tantummodo pro communi seruicio domini Dobeslai pre ante predecessoris sui duecentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum usque ad festum Resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum, et omnia recognita in simili festo anno reuoluto. Alioquin etc. Iurauit etc., in forma.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 48 f. 226': in margine dextro: XI Cardinales, XVII Cardinales, XX Cardinales, XVIII Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Plocensis.

a) anno a Natuitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, pontificatus... domini Bonifacii... nono, anno septimo, inductione tertia.
b) ut immediate supra.

XIV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 49.*

Clementis VII et Benedicti XIII obligationes.

*ab anno 1388 ad annum 1406 (a die 2 novembri ad diem 12 novembri),
ff. 1-176 olim ff. I-CXL.*

f. 1 et 2: "Secundum regestrum obligacionum domini nostri pape Clementis septimi incepturn a Natuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo in festo Omnitum Sanctorum, quando mutabatur pontificatus dicti domini nostri pape et incepit tunc pontificatus dies siue annus XI-us"

f. 26 olim f. I: "In principio huius regestri incipit nonus pontificatus et scribitur anno a Natuitate Domini M^oCCCLXXXVIII^o, indiccione XI-ma, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Clementis, diuina prouidencia, pape septimi, anno undecimo."

ff. 1-107, Clementis VII,

ff. 108-176, Benedicti XIII.

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

XV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 50.*

Clementis VII solutiones,

ab anno 1389 ad annum 1391 (a die 20 ianuarii ad diem 19 maii),

ff. 1-285 olim ff. I-CCLVI, f. 52 olim f. I.

f. 3: "Regestrum litterarum communium seruiciorum prelatorum incepturn in festo Natuitatis Domini anno a Natuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono indiccione duodecima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providencia pape septimi anno XI^o".

ff. 270-283 visitationes.

Indices pro ff. 1-269, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

Bonifacii IX divisionum,

ab anno 1389 ad annum 1399 (a die 10 octobris ad diem 10 maii),
ff. 1-180 olim ff. 1-150.

f. 24 olim 23: "Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indiccione terciadecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia, pape noni, anno primo et tempore quo reuerendissimus in Christo pater et dominus, dominus Henricus, tituli Sancte Anastasie presbyter cardinalis, dictus cardinalis Neapolitanus, est assumptus in Camerarium reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sacrosancte Romane Ecclesie cardinalium Collegii, a prefato domino nostro papa, incipit liber diuisionum et distribucionum factarum predictis dominis cardinalibus per nos, dominum Leonardum de Getis de Amalfia licenciatum in decretis et abbatem Jacobum Guarnum archidiaconum Salernitanum, clericos dicti sacri Collegii assumptos per prefatum dominum cardinalem Neapolitanum Camera-rium sacri Collegii."

Sine indicibus, tituli marginales a f. 136.

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minutis servitiorum Henrici episcopi Sambiensis, cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 3 decembris, 1390.

Anno, pontificatus predictis,^{a)} die tertia decembris, soluti fuerunt per reue-
rendum patrem dominum Henricum episcopum Sambiensem pro complemento
sui communis seruitii floreni 83, solidi 14, denarii 7 monete romane, et pro
complemento unius minutis, floreni 5, solidi 10, denarii 3 et obulus. Fuit pro-
motus anno nono. Fuerunt in eius promocione cardinales XVI, videlicet: Alan-
cionio, Perusinus, Pisanus, Sancti Ciriaci, Nucerinus, Florentinus, Manupello, de
Alifia, de Flisco, Monopolitanus, Neapolitanus, Bulcanus, de Laude, Reuennas,
Petramala, Brancaciis. Capiunt hii pro communi et minuto florenos 88, solidos
24, denarios 10 et obulum. Capit clericus Collegii solidos 44, denarios 3. Restant
floreni 87, solidi 30, denarii 7. Capit quilibet florenos 5, solidos 23, denarios 9, et
obulum. Capiunt tandem qui presentes fuerunt in conclavi portionem domini
nostri ac mortuorum, qui sunt quinque; ascendunt ad 27 florenos, solidos 19.
Cardinales sunt hii: Perusinus, Pisanus, Auersanus, Florentinus, Manupello, de
Flisco, de Alifia, Tudertinus, Brancaciis, Bulcanus, de Laude. Capit quilibet flo-
renos 2, solidos 14, denarium 1.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 3.

N.B. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 4'.

Cfr. DŁUGOPOLSKI p. 69 nota 7.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, inductione tertiadecima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, diuina prouidentia pape noni, anno primo, et tempore quo reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Henricus tituli S. Anastasie, presbyter cardinalis dictus cardinalis Neapolitanus, est assumptus in Camerarium reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Ro-
miane Ecclesie cardinalium Collegii a prefato domino nostro papa.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Wenceslai episcopi Wratislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 28 ianuarii, 1390.

Anno et pontificatus predictis,^{a)} die XXVIII-a januarii, soluti sunt per reue-
rendum patrem dominum Wenceslaum episcopum Wratislauensem pro parte
partis sui communis seruitii, octuaginta sex floreni, solidi quadraginta unus,

denarii 10 et obulus, et pro parte partis sui communis seruicii, octuaginta sex floreni, solidi quadraginta unus, denarii 10 et obulus, et pro parte partis unius minut, floreni 5, solidi 13, denarii 3. Fuit promotus anno quinto. Fuerunt in ipsius promotione cardinales XVIII, videlicet: Alanconio, Perusinus, Pisanus, Auersanus, Manupello, ceteri mortui, dominus noster promotus. Capiunt hii pro communi et minuto florenos 92, solidos 5, denarium 1. Capit clericus Collegii solidos 46. Restant floreni 91, solidi 9, denarii 1. Capit quilibet florenos 4, solidos 40. Capiunt cardinales qui presentes fuerunt in conclavi portiones priuatorum mortuorum ac domini nostri pape, que sunt XIII; ascendunt ad 67 florenos, solidos 10. Cardinales sunt hii: Perusinus, Pisanus, Auersanus, Florentinus, Manupello, de Flisco, de Alifia, Tudertinus, Monopolitanus, Brancaciis, Bulcanus, de Laude. Capit quilibet florenos 5, solidos 30.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 7.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 7-7'.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 95 p. 84-85.

a) ut immediate supra.

60

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Nicolai episcopi Culmensis, cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 16 decembris, 1390.

Die XVI mensis eiusdem, indiccione et pontificatus ut supra,^{a)} soluti sunt per reverendum patrem dominum Nicholaum episcopum Culmensem pro parte partis sui communis tangentis Collegium floreni auri de Camera LXXXIX, solidi XVIII, denarii nouem et pro parte partis unius minut seruicii, floreni VI, solidi VI, denarii VI. Fuit autem promotus anno septimo domini Urbani. Fuerunt in ipsius promotione cardinales XV, quorum tres supersunt, videlicet: de Alanconio, Pisanus, Auersanus. Quorum XV quilibet capit pro communi, facta diuisione, florenos VI, solidos XXX, denarios V. Et pro minuto solidos XXIII, denarios III. Portiones uero cardinalium mortuorum capit dominus papa. Capit autem clericus Collegii solidos XXXV, denarios III.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 21': in margine sinistro: Domini Urbani.

a) mensis decembris, pontificatus... Bonifacii noni anno tertio, indictione quartadecima.

61

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minuti servitiorum Joannis episcopi Lubucensis, cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 10 decembris, [1390]

Die X mensis decembris, reuerendus pater dominus Johannes episcopus Lubicensis soluit pro complemento sui communis seruicii florenos XXXVI, solidos XLV, et pro minuto, florenum I, solidos XXXVII, denarios XI. Fuit promotus anno IIII domini Urbani. Fuerunt in ipsius promotione cardinales XXI, videlicet: Alanconio, Pisanus, Auersanus, ceteri mortui sunt. Capiunt hii pro communi et minuto florenos XXXVIII, solidos XXII, denarios XI. Capiunt clerici Collegii solidos XVIII, denarios III. Restant floreni XXXVIII, solidi XIII, denarii VIII. Capit quilibet florenum I, solidos XXXVII, denarium I, obulum. Capit Camera porciones mortuorum XVIII, que ascendunt ad summam floren. XXXII, sol. II, den. III, obulum. Capit Camera porciones mortuorum XVIII, que ascendunt ad summam floren. XXXII, sol. II, den. III, obulum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 28': in margine dextro: IIII^o Urbani.

Divisio pecuniae pro parte communis et unius minuti servitiorum Henrici episcopi Wladislaviensis. cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 13 aprilis, [1392].

Die XIIII mensis aprilis, reverendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauiensis, pro parte partis sui communis seruicii, soluit florenos viginti, solidos quatraginta unum, denarios VIII, et pro parte partis unius minuti seruicii etc., florenum unum, solidos XXXIII et denarios III. Fuit promotus anno XII domini Urbani. Fuerunt in ipsius promocione cardinales XV, videlicet: Alanconio, Pisanus, Perusinus, Auersanus, Tudertinus, Monopolitanus, de Laude, Neapolitanus, Sancti Ciriaci, Florentinus, Manupello, Bulcanus, de Flisco, de Branchaciis, de Alifia. Capiunt hii pro communi et minuto florenos XXII, solidos XXV. Capit clericus Collegii solidos XI, denarios III. Restant floreni XXII, solidi XIII, denarii IX. Capit quilibet florenum I, solidos XXXIIII, denarios III. Capit Camera porciones mortuorum quinque, videlicet: Perusini, Sancti Ciriaci, Manupello, Alifia et domini nostri, que ascendunt ad summam floren. VIII, sol. XXI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 45: in margine dextro: (XII) XV, cardinales.

Divisio pecuniae in totum per Henricum episcopum Wladislaviensem cardinalium Collegio solutae.

[*Perusii,*] die 1 aprilis, [1393].

Die prima mensis aprilis, reuerendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauiensis, soluit in totum florenos XXXIIII. Capit clericus Collegii solidos XXII, restant floreni XLIII, et solidi XXVIII. Fuit promotus anno XII domini Urbani. Fuerunt in promocione sua cardinales XV, videlicet: de Lanconio, Pisanus, Perusinus, Auersanus, Tudertinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Sancti Ciriaci, Florentinus, Manupello, Bulcanus, de Flisco, de Alifia, de Branchaciis, de Laude. Capit quilibet florenos II, solidos XLV, denarios II. Capit Camera porciones Perusini, Sancti Ciriaci, Manupello, et de Alifia, que ascendunt ad summam floren. XIII, sol. XXV, den. X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 59.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti seruitorum Henrici episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 24 [octobris, 1393].

Die XXIIII eiusdem reuerendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauiensis, pro parte partis sui communis seruicii florenos LXXII, solidos II, denarios II, et pro uno minuto, florenos III, solidos VIII. Fuit promotus anno XII domini Urbani. Fuerunt cardinales XV in eius promocione, videlicet: de Alanconio, Pisanus, Perusinus, Auersanus, Tudertinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Sancti Ciriaci, Florentinus, Manupello, Bulcanus, de Alifia, de Branchaciis, de Laude. Summa floren. LXXVI, sol. X, den. II. Capit clericus Collegii solidos XXXVIII, denarii 1. Restant floreni LXXV, solidi XXII, denarii 1. Capit quilibet florenos V, solidos 1, denarios V. Capit Camera porciones mortuorum videlicet: Perusini, Manupello, Sancti Ciriaci, de Alifia et domini nostri, que ascendunt ad summam flor. XXV, sol. VII, den. 1.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 64-64'.

Divisio pecuniae pro complemento communis et parte partis unius minutii servitiorum Wenceslai episcopi Wratislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 19 aprilis, 1394.

Indictione secunda, die XVIII mensis aprilis, anno quo supra^{a)} soluti sunt per reuerendum patrem dominum Wenceslaum episcopum Wratislauensem pro complemento sui communis seruicii floreni LV, solidi III, denarii VII et pro parte partis unius minutii floreni VIII, solidi XXXV. Summa floren. LXIII, sol. XXXVIII, den. VII. Fuit promotus anno quinto domini Urbani pape VI. Cardinales XVIII, videlicet: Alanconio, Auersanus, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XXXI, denarios X. Restant floreni LXIII, solidi VI, denarii VIII. Capit quilibet florenos III, solidos XVI, denarios I. Capit Camera porciones mortuorum, que ascendunt ad florenos LVI, solidos XXIIII, denarios VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 70'.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidentia, pape noni anno quinto.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutii servitiorum Nicolai episcopi Culmensis per ipsum cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 13 ianuarii, [1395].

Die XIII januarii, soluti sunt per reuerendum in Christo patrem dominum Nicolaum episcopum Culmensem pro parte partis sui communis seruitii etc., octuaginta quatuor floreni auri de Camera, solidi XVI, denarii IX et pro parte partis unius minutii seruicii, VI similes floreni, solidi XII, et denarii VII monete romane. Summa floren. LXXX, sol. XXVIII, den. III. Fuit promotus anno secundo domini Bonifacii pape noni. Cardinales XVI, videlicet: de Alanconio, Pisanus, Auersanus, Tudertinus, Florentinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Yserniensis, Bulcanus, de Branchaciis, de Laudo, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos XXXV, denarios III. Capit quilibet florenos quinque, solidos XXX, denarios III. Capit Camera porciones trium mortuorum, videlicet: Pisani, Auersani et Bulcani, que ascendunt ad florenos XVI, solidos XL, denarios IX.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 82'.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutii servitiorum Dobrogostii archiepiscopi Gneznensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 20 martii, [1395].

XX-a mensis marci soluti sunt per reuerendum in Christo patrem dominum Dobrogustum archiepiscopum Gneznensem, pro parte partis sui communis seruicii etc., sexaginta octo floreni auri de Camera, solidi XXXVI, denarii VI, et pro parte partis unius minutii seruitii etc., VI similes floreni, solidi XII et denarii sex monete romane. Summa floren. LXXV. Fuit promotus anno quinto domini Bonifacii pape noni. Cardinales XVI, videlicet: de Alanconio, Rauennatensis, Auersanus, Tudertinus, Florentinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Yserniensis, Bulcanus, de Branchaciis, de Lauda, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos XXXVII et de-

narios VI. Capit quilibet florenos IIII, solidos XXXII, denarios $\frac{1}{2}$. Capit Camera portiones duorum mortuorum predictorum Auersani, Bulcani, que ascendunt ad florenos VIII, solidos XIII, denarium 1.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 84'.

68

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Henrici episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae. [Romae,] die 31 martii, [1395].

Die ultima mensis marcii, soluti sunt per reuerendum in Christo patrem dominum Henricum episcopum Wladislauensem pro parte partis sui communis seruitii, non facta diuisione de minuto seruicio etc., XXXV floreni auri de Camera. Fuit promotus anno XII domini Urbani pape VI-ti. Cardinales XV, videlicet: de Alanconio nunc papa, Tudertinus, Monopolitanus, Florentinus, Neapolitanus, de Flisco, de Branchacilis, de Laudo, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XVII, denarios VI $\frac{1}{2}$. Capit quilibet florenos II, solidos XV, denarios VI $\frac{1}{2}$. Capit Camera portiones septem mortuorum et domini nostri, que ascendunt ad florenos XVIII, solidos XXIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 84'.

69

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Henrici episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae. [Romae,] die 30 octobris, [1395].

Die penultima mensis octobris, reuerendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauensis soluit pro parte partis sui communis seruicii etc., quinqueginta florenos auri de Camera, non facta diuisione de minuto seruicio etc. Fuit promotus anno XII domini Urbani pape VI. Cardinales XV, videlicet: de Lanconio, Tudertinus, Monopolitanus, Florentinus, Neapolitanus, de Flisco, de Branchacilis, de Laudo, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos viginti quinque. Restant floreni XLVIII, solidi XXV. Capit quilibet florenos tres, solidos quindecim. Capit Camera porciones domini nostri et septem mortuorum, que ascendunt ad florenos viginti sex et solidos viginti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 95.

70

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Henrici episcopi Sambiensis cardinalium Collegio solutae. [Romae,] die 25 aprilis 1396.

Die XXV mensis predicti,^{a)} reuerendus pater dominus Henricus episcopus Sambiensis, soluit pro parte partis sui communis non facta diuisione de minuto seruicio etc., triginta florenos auri de Camera. Fuit promotus anno septimo domini Bonifacii predicti. Cardinales XIII supra proxime nominati.^{b)} Capit clericus Collegii solidos quindecim. Restant floreni XXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet florenos duos, solidos sex et denarium unum. Capit Camera porciones duorum mortuorum, videlicet: Tudertini et Paduani, que ascendunt ad florenos quatuor, solidos duodecim et denarios duos.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 103'.

a) mensis aprilis, anni a Nativitate Domini millesimi trecentesimi nonagesimi sexti indicatione quarta, pontificatus... Bonifacii... noni anno VII.

b) de Lanconio, Rauegnatensis, Tudertinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Paduanus, Bononiensis, Yserniensis, de Branchacilis, Laudensis, Barensis, Florentinus.

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minutis servitiorum Henrici episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 29 iulii, 1396.

Die vicesimo nono mensis julii, reuerendus pater dominus Henricus episcopus Wladislauiensis, soluit pro complemento sui communis seruicii etc., centum triginta quatuor florenos auri de Camera, solidos triginta unum et denarios tres, et pro complemento unius minutis seruicii etc., quatuordecim similes florenos, solidos triginta duos et denarium unum monete romane. Summa floren. CXLVIII, sol. XIII et den. IIII. Fuit promotus anno XII domini Urbani. Cardinales XV, videlicet: de Alanconio, Tudertinus, Neapolitanus, Monopolitanus, Florentinus, de Flischo, de Branchaciis, Laudensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii florenos unum, solidos viginti quatuor, denarios septem. Restant floreni CXLVII, solidi XXXVIII, denarii VIII½. Capit quilibet florenos VIII, solidos XLII, denarios VII. Capit Camera porciones nouem mortuorum que ascendunt ad florenos LXXXVIII, solidos XXXIII et denarios tres monete romane.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 108.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai episcopi Culmensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 23 decembris, 1396.

Die XXIII mensis decembris, indictione, anno et pontificatus ut supra,^{a)} reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Culmensis, soluit pro parte partis sui communis seruicii etc., quaraginta duos florenos auri de Camera, solidos nouem et denarios quatuor et obulum, et pro parte partis unius minutis seruicii etc., tres similes florenos, solidos sex et denarios tres monete romane. Summa floren. XLV, sol. XV, den. VII. Fuit promotus anno secundo domini Bonifacii pape noni. Cardinales XVI, videlicet: de Alanconio, Pisanius, Auersanus, Tudertinus, Florentinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Yserniensis, Bulcanus, de Branchaciis, de Laudo, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos XXII et denarios VII ½. Restant floreni XLIII et solidi XLIII. Capit quilibet florenos II, solidos XL et denarios II. Capit Camera porciones sex mortuorum, videlicet: Pisani, Auersani, Tudertini, Reatini, Paduani, Bulcani, que ascendunt ad florenos XVI et solidos XI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 114.

a) indictione quarta, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, anno octauo domini Bonifacii noni.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Henrici episcopi Sambiensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 28 [septembris, 1397].

Die XXVIII mensis eiusdem, reuerendus pater dominus Henricus episcopus Sambiensis, soluit pro parte communis florenos LXXXII, solidos XV et pro parte partis unius minutis florenos XI, solidos XXVII. Summa in totum, floren. CIII et sol. XLII. Fuit autem promotus VI^o domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XIII, videlicet: de Lanconio, Rauegnatensis, Tudertinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Iserniensis,

Branchacius, Laudensis, Barensis. Capit clericus Collegii florenum 1, solidum 1, denarios XI. Restant floreni CII, solidi XL, denarius 1. Capit quilibet cardinalium, florenos VII, solidos XLV, denarios IIII½. Capit Camera portiones X mortuorum, que ascendunt ad summam floren. XXXIX, sol. XXVI, den. X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 129'-130: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: VI^o domini Bonifacii.

74

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai episcopi Culmensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,] die 31 octobris, 1397.*]

Die ultima eiusdem reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Culmensis soluit pro parte partis sui communis florenos XLII, solidos VIII, denarios III, et pro parte partis unius minutis florenos III, solidos VI, denarios III. Summa in totum floren. XLV, sol. XXV, et den. VII. Fuit autem promotus anno secundo domini Bonifacii. Fuerunt in eius promocione cardinales XVI, videlicet: de Alanconio, Pisanus, Auersanus, Tudertinus, Florentinus, Monopolitanus, Anglicanus, Reatinus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Iserniensis, Vulterranus, Branchacius, Laudensis, Barensis. Capit clericus Collegii solidos XXII, denarios, VII. Restant floreni XLIII, solidi XLII. Capit quilibet cardinalium florenos II, solidos XL, denarios II. Capit Camera porciones VIII mortuorum, videlicet: de Alanconio, Pisani, Auersani, Tudertini, Reatini, Anglicani, Paduani, et Vulterrani, que ascendunt ad florenos XXII, solidos XXI, denarios III.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 131: in margine dextro: Cardinales XVI, in margine sinistro: II^o domini Bonifacii.

75

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai episcopi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,] die 11 martii, [1398].*]

Die undecima mensis marci, reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Boznanensis soluit pro parte partis sui communis seruicii etc., centum quinquaginta sex florenos auri de Camera, solidos tres et denarios sex et pro parte partis unius minutis seruicii etc., tresdecim florenos auri de Camera, solidos viginti octo et denarios septem monete romane. Summa floren. CLXVIII, sol. XXXII et den. I. Fuit promotus anno VI domini Bonifacii predicti. Cardinales XIII, videlicet: de Lanconio, Rauognatensis, Tudertinus, Florentinus, Monopolitanus, Reatinus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Paduanus, Yserniensis, de Brancaciis, Laudensis, Barensis. Capit clericus Collegii florenum unum, solidos XXXIII, denarios VI. Restant floreni CLXVII, solidi XLVII et denarii VII. Capit quilibet florenos XI, solidos XLVIII et denarios X. Capit Camera portiones quinque mortuorum, que ascendunt ad florenos LXIII^{a)}, denarios X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 139: in margine sinistro: Episcopus Poznaniensis.

a) "LXIII", *incerta*.

76

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Jacobi episcopi Plocensis et pro complemento unius minutis eius praedecessoris Stiborii cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,] die 11 maii, [1398].*]

Indictione, anno, pontificatus, die XI mensis maii, reuerendus pater dominus Jacobus episcopus Plocensis, soluit pro parte partis sui communis seruicii etc.,

centum septuaginta unum florenos auri de Camera, solidos quinque, et pro complemento unius minutus seruicii domini Stiborii predecessoris sui, nouem florenos auri de Camera, non facta diuisione de suo minuto seuicio. Fuit promotus dominus Jacobus episcopus modernus anno septimo domini Bonifacii predicti. Cardinales XI, videlicet: de Lanconio, Rauegnatensis, Florentinus, Anglicanus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Barensis. Capit clericus Collegii pro communi seruicio domini Jacobi predicti florenum I, solidos XXXI, denarios VII. Restant floreni CLXVIII, denarii V. Capit quilibet florenos XV, et solidos XX. Capit Camera porciones duorum mortuorum, videlicet dominorum: de Alanconio et de Anglia, que ascendunt ad florenos XXX et solidos XL. Capit clericus Collegii pro minuto domini Stiborii solidos IIII, denarios VI. Restant floreni VIII et solidi XLV et denarius. Camera recipit totum, quia omnes cardinales mortui sunt.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 145'-146: in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

77

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minutus servitiorum Henrici episcopi Sambiensis, nec non eius predecessoris Thilonis, cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,] die 28 [septembbris, 1398].*

Die vicesima octava mensis predicti indictione, pontificatus anno ut supra,^{a)} reuerendus pater dominus Henricus episcopus Sambiensis soluit pro complemento sui communis seruicii etc., ducentos septuaginta septem florenos auri de Camera et solidos triginta quinque, et pro complemento unius minutus seruicii etc., decem et nouem similes florenos, solidos decem et octo, denarios quinque et obulum monete romane. Et pro complemento communis seruicii domini Thilonis predecessoris sui, quinque similes florenos, solidos quaraginta octo et denarios septem, et pro complemento unius minutus seruicii domini Thilonis etc., decem et octo similes florenos et solidos viginti predite monete. Summa pro communi et minuto domini Henrici episcopi moderni, floren. II-C-LXXXXVII, sol. III, den. V ½. Fuit promotus predictus dominus Henricus anno VI-to domini Bonifacii. Cardinales XIII, videlicet: de Alanconio, Rauegnatensis, Monopolitanus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Paduanus, Tudertinus, Reatinus, Brancacius, Laudensis, Barensis. Capit clericus Collegii florenos duos, solidos XLVIII, denarios VI. Restant floreni II-C-LXXXIII, solidi IIII, denarii XI. Capit quilibet florenos XXII, solidos XXXI, et denarios 1½. Capit Camera porciones quatuor mortuorum, videlicet: de Lanconio, Reatini, Anglicani, et Paduani, que ascendunt ad florenos LXXX, solidos XXIIII, et denarios VI. Summa pro domino Thilone predecessorre suo tam pro communi quam pro minuto, floren. XXIIII, sol. XVIII, den. VII. Capit clericus Collegii solidos XII et denarios II. Restant floreni XXIIII, solidi VI, et denarii V. Camera recipit totum, quia omnes cardinales mortui.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 151: in margine sinistro: Episcopus Sambiensis.

a) indictione VI-a, pontificatus... Bonifacii... IX, anno nono.

78

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Joannis episcopi Culmensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,] die 30 augusti, [1398].*

Die penultima mensis augusti, anno etc., reuerendus pater dominus Johannes episcopus Culmensis, soluit pro parte partis sui communis seruicii, triginta septem florenos auri de Camera et solidos viginti quinque monete romane, et pro parte partis unius minutus seruicii etc., quinque similes florenos.

Summa floren. XLII et sol. XXV. Fuit promotus anno nono domini Bonifacii pape noni. Cardinales X, videlicet: Rauegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, de Flisco, Laudensis, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos XXI et denarios II. Restant floreni XLII, solidi X, denarii VIII. Capit quilibet florenos IIII, solidos X, et denarios IIII $\frac{1}{2}$.
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 151': *in margine sinistro*: Episcopus Culmensis.

79

Divisio pecuniae pro parte communis servitii Alberti electi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae.
[Romae, die 10(?)] maii, [1399].

Indicione VII-ma, die... mensis maii, anno decimo domini Bonifacii predicti, reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, electus in episcopum Poznanensem, soluit pro parte sui communis seruicii etc., centum florenos auri de Camera, non facta diuisione de minuto etc. Fuit promotus anno decimo domini Bonifacii pape noni. Cardinales X, videlicet: Rauegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, de Flisco, Brancacius, Laudensis, Barenensis. Capit clericus Collegii florenum unum. Restant floreni LXXXVIII. Capit quilibet florenos VIII et solidos XLV monete romane.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 158': *in margine sinistro*: Electi Poznaniensis.

80

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Nicolai episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae, die 10(?)] maii, [1399].

Indicione VII-ma, die... mensis maii, anno decimo domini Bonifacii pape noni, reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Wratislauiensis in Pollonia, soluit pro parte partis sui communis seruicii etc., non facta diuisione de minuto etc., centum et quinquaginta florenos auri de Camera. Fuit promotus anno decimo domini Bonifacii predicti. Fuerunt in eius promocione cardinales X, videlicet: Reuegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, de Flisco, Brancacius, Laudensis, Barenensis. Capit clericus Collegii florenum unum et solidos viginti quinque monete romane. Restant floreni CXLVIII. Capit quilibet florenos XIII, et solidos XL monete predice.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 51 f. 159: *in margine sinistro*: Episcopi Wratislauiensis.

XVII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52.

Bonifacii IX obligationes,

ab anno 1390 ad annum 1400 (a die 7 octobris ad diem 5 novembris),
ff. 1-197 olim ff. I-CLII.

f. 21 olim I: «Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, indicione terciadecima, die VII mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia pape noni, anno primo, incipiunt obligationes fiende Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium communium seruiciorum prelatorum...».

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 26.

Nicolaus episcopus Culmensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 700 florenos auri et quinque minuta servitia consueta itemque recognovit pro similibus Reinhardi praedecessoris sui.

[*Romae,*] die 22 decembris, 1390.

Anno, indictione, pontificatus predictis^{a)}, die XXII dicti mensis decembris, reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Culmensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio septingentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Raynaldi predecessoris sui ducentos nonaginta tres similes florenos et pro quinque seruiciis centum octo similes florenos, solidos sexdecim, denarios octo monete romane. Soluendo medietatem promissi a festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro ad annum ex tunc proxime secuturum et aliam medietatem in festo Assumptionis Beate Marie Virginis ex tunc proxime secuturo et recognitum in festo Resurrecionis Domini nostri ex tunc proximo secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 26-27: in margine dextro: XVI cardinales, XV cardinales, anno VII^o, r(egistrata), Barii, in margine sinistro: Episcopus Culmensis. Cfr. DŁUGOPOLSKI n. 170 p. 159.

a) anno a Natiuitate Domini nostri Jhesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo, indictione XIII^{ma}, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, diuina prouidentia, pape noni, anno II.

Henricus electus Plocensis per procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 400 florenos auri et quinque minuta servita consueta itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Stiborii et Dobeslai.

Romae, die 4 septembbris, 1391.

Anno, indictione, pontificatus, loco et presentibus quibus antea^{a)}, die quarto mensis septembbris, reuerendus in Christo pater dominus Henricus electus Plocensis, promisit et obligauit se Camere et Collegio per honorabilem virum Datipegium Nasagei canonicum ecclesie Plocensis, procuratorem suum ad hoc legitimate constitutum, pro communi seruitio dicte diocesis florenos quatringentos et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro domino Stiporio, predecessore suo immediato alios similes quatringentos florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro domino Debeslao suo antepredecessore florenos trecentos sexaginta octo et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Pentecostes proxime futuro et aliam medietatem in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo, et recognita in similibus terminis et annis reuolutis. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 41': in fine: Recepit summas, in margine dextro: Cardinales XVIII, Cardinales XX, Cardinales XVIII, in margine sinistro: Electi Plocensis.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, indictione decima quarta, pontificatus... Bonifacii... noni, anno secundo, in palacio apostolico in Thesauraria Camere, apud Sanctum Petrum, Rome.

Maffiolus episcopus Cracoviensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 3000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae,*] die 1 martii, 1392.

Indictione XV-a, die veneris, prima mensis marci, reuerendus pater dominus Maffiolus episcopus Cracouiensis personaliter promisit Camere et Collegio

pro suo communi seruicio tria milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem in festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro aliam medietatem in simili festo anno reuoluto. Aloquin etc., Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 49': in margine dextro: XVIII cardinales, in margine sinistro: Obligacio episcopi Cracouiensis.

84

Joannes episcopus Lubucensis per Nicolaum de Olavia procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 300 florenos auri et quinque minuta servitia consueta.

[Perusii,] die 14 novembris, [1392].

Indictione XV-a, die iouis quartadecima die dicti mensis nouembris, reuerendus pater dominus Johannes episcopus Lubucensis, per dominum Nicolaum de Olavia procuratorem suum ad hoc legitime constitutum promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio trecentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta^{a)}. Soluendo medietatem promissi in festo Asumpcionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem in festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 52: in margine dextro: Cardinales XVII, in margine sinistro: Obligacio episcopi Lubecensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 648 p. 367.

a) « Item recognouit Camere et Collegio » deleta.

85

Petrus electus Cracoviensis per procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 3000 et quinque minuta servitia consueta.

[Perusii,] die 19 decembris, [1392].

Die iouis decima nona die dicti mensis decembris, indictione quinta decima, reuerendus dominus Petrus de Radolina electus Cracouensis, per dominum Petrum de Sterlicz, canonicum prebendarium ecclesie Cracouiensis, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio tria mila florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta, non recognoscit pro domino Maffiolo predecessore suo, quia non habuit possessionem. Soluendo medietatem in festo Rexurreccionis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 53: in margine dextro: Cardinales XVII, in margine sinistro: Obligacio episcopi Cracouiensis.

86

Mafiolus episcopus Plocensis per Ambrosium de Vicecomitibus procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Stiborii praedecessoris sui.

[Perusii,] die 17 aprilis, [1393].

Indictione prima, die iouis decima septima mensis aprilis, reuerendus in Christo pater dominus Mafiolus, Dei gracia, episcopus Plocensis, promisit Camere et Collegio, per dominum Ambrosium de Vicecomitibus de Mediolano acolitum domini nostri pape, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, pro suo communi seruicio quatringentos florenos auri de Camera et quinque

seruicia consueta. Item recognouit pro domino Stiborio predecessore suo immmediato quatringentos alios florenos etc., et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum hinc ad duos annos proxime futuros et recognita in similibus terminis annis reuolutis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 53': in margine dextro: Cardinales XVII, in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

87

Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis, per Albertum Jastrzembiec, procuratorem suum, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 200 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Joannis predecessoris sui.

[*Romae,] die 5 martii, [1394].*

Indictione secunda, die iouis quinta mensis marci reuerendus pater dominus Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis, per dominum Albertum Jastrabecz scolasticum Gneznensem procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio ducentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui centum similes florenos et quinque integra seruicia. Soluendo totum tam promissum quam recognitum in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 63': in margine dextro: XVI cardinales, XV cardinales, in margine sinistro: Archiepiscopi Gnesnensis.

88

Joannes episcopus Caminensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque servitia consueta, itemque recognovit pro similibus servitiis Joannis in ecclesia Caminensi et Dobrogostii in ecclesia Poznaniensi predecessorum suorum.

[*Romae,] die 18 augusti, [1394].*

Die lune XVIII mensis augusti, reuerendus pater dominus Johannes episcopus Caminensis personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio duo mila florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit recognito pro domino Johanne predecessorre suo alios similes florenos duo mila et quinque seruicia consueta. Item idem promisit Camere et Collegio pro communi seruicio ecclesie Poznaniensis, sibi in commendatus dato quadringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro domino Dobrogostio predecessorre suo in dicta Poznaniensi ecclesia alios quadringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro seipso ubi alias prefuit dicte Poznaniensi ecclesie pro communi servitio alios quadringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem totius promissi in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro et aliam medietatem in dicto festo Assumptionis anno reuoluto, et recognita in similibus terminis annis reuolutis etc. Jurauit etc. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 70: in margine dextro: XVI Cardinales, XVI Cardinales, XVI Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

89

Rudolphus abbas monasterii Sanctae Mariae in Sagano a praestatione sui communis servitii propter paupertatem liberatur.

[*Romae,] die 24 decembris, [1394].*

Die iouis XXIIII-ta dicti mensis decembris, venerabilis pater frater Rodulfus abbas monasterii in Sagano ordinis Sancti Augustini fuit hac vice dumtaxat a prestacione sui communis seruicii liberatus propter paupertatem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 72: *in margine sinistro*: Abbas monasterii in Sagano.
Cfr. KROFTA vol. V nr. 893 p. 484.

90

Henricus de Seefeld electus Sambiensis per Joannem de Campis procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 800 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Tilonis praedecessoris sui.

[Romae,] die 30 martii, [1395].

Indictione tertia, die martis tricesima dicti mensis marci, dominus frater Johannes de Campis, procurator ordinis Cruciferorum Beate Mariae de Pruscia, tamquam principalis et priuata persona obligauit se Camere et Collegio pro communi seruicio reuerendi patris domini Henrici Sefehr electi in episcopum Sambiensem promisit eisdem pro eodem octingentos florenos auri de Camera et quinque seruitia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Tilonis predecessoris sui undecim similes florenos, solidos quadraginta septem, denarios duos monete romane et pro quinque seruitiis nonaginta duos similes florenos. Soluendo totum tam promissum quam recognitum a festo Resurreccions Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro ad annum ex tunc proxime secuturum et producere mandatum sufficiens ratificationis obligacionis huiusmodi uel de nouo se obligandi. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 75: *in margine dextro*: **XIII Cardinales, in margine sinistro**: Episcopi Sambiensis.

91

Nicolaus electus in episcopum Poznaniensem per Petrum Cybrenis promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servita consueta, itemque recognovit pro similibus Joannis praedecessoris sui.

[Romae], die 16 novembris, [1395].

Indictiones tercia, die martis sextadecima dicti mensis nouembris, venerabilis vir dominus Petrus Cybronis custos Gneznensis, tamquam principalis et priuata persona sponte obligauit se et sua beneficia Camere et Collegio, promisit Camere et Collegio pro communi seruicio reuerendi patris domini Nicoiai electi in episcopum Poznaniensem quatringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui alias quatringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro, aliam medietatem in festo Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo, et recognitum similibus modis et terminis successive et de procurando mandatum sufficiens ratificationis obligacionis huiusmodi uel de nouo se obligandi. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 85': *in margine dextro*: **XIII cardinales, XX cardinales, in margine sinistro**: Electi in episcopum Poznaniensem.

92

Jacobus electus in episcopum Plocensem personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Mafiolii, Stiborii et Dobeslai.

[Romae,] die 12 augusti, [1396].

Indictione quarta, die sabbati duodecima dicti mensis augusti, reuerendus pater dominus Jacobus electus in episcopum Plocensem personaliter promisit

Camere et Collegio pro suo communi seruicio quatringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Maffioli predecessoris sui alias quatringentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Stiborii antepredecessoris sui tricentos triginta tres similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Stiborii antepredecessoris sui, tricentos triginta tres similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere tantummodo pro communi seruicio domini Dobeslay pre-ante-predecessoris sui ducentos similes florenos et quinque integra minuta seruicia. Soluendo totum promissum in festo Resurrecccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro, et omnia recognita in simili festo anno reuoluto. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 96': in margine dextro: XI cardinales, XVII cardinales, XX cardinales, XVIII cardinales, in margine sinistro: Electi in episcopum Plocensem.

93

Joannes electus in episcopum Lubucensem personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 300 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Joannis et Wenceslai.

[Romae,] die 3 octobris, [1397].

Indictione V, die tercia mensis octobris, reuerendus pater dominus Johannes Boznic electus in episcopum Lubucensem, coram reuerendo in Christo patre domino C(onrado), miseracione diuina, archiepiscopo Nicosiensi, domini nostri pape Camerario, venerabilibus viris dominis Sabba de Muscianis, Maczeo de Lamberto et alis clericis Camere apostolice, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi trecentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro domino Johanne predecessore suo alias trecentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit pro domino Wenceslao ante-predecessore suo septuaginta nouem similes florenos, solidos quadraginta duos monete romane et seruicia pro rata. Soluendo medietatem promissi in festo Resurrecccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro et aliam medietatem in festo Omnia Sanctorum ex tunc proxime secuturo et recognita in similibus terminis annis reuolutis. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. 52 f. 112': in fine: recepit summas, in margine dextro: cardinales VIII, cardinales XVIII, cardinales XIII, in margine sinistro: VIII anno domini Bonifacii, Lubucensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 1215 p. 654.

94

Nicolaus abbas monasterii Beatae Mariae Virginis in Claratumba, per Petrum de Campis procuratorem suum, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 108 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae,] die 1 februarii, [1398].

Indictione sexta, die prima mensis februarii millesimi trecentesimi nonagesimi octaui, pontificatus domini Bonifacii pape noni, anno IX^o coram reuerendissimis in Christo patribus et dominis C(onrado) miseracione diuina archiepiscopo Nicosiensi, A(ugustino) Perusino, U(baldo) Arborensi, G(uillelmo) Anconitano, A(ntonio) Melfiensi archiepiscopo et episcopis, necnon venerabilibus viris dominis Sabba de Muscianis, Marczeo de Lamberto et Antonio de Bauacaldi clericis apostolice Camere, venerabilis vir frater Nicolaus electus in abbatem monasterii Sancte Marie in Claratumba alias de Mogia^{a)}, per venerabilem virum dominum Petrum de Campo decanum Poznaniensem obligante se, tamquam principalis et priuata persona, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio

florenos centum et octo et tertium unum alterius floreni auri de Camera et quinque seruitia consueta. Et dictus dominus Petrus promisit producere mandatum infra annum. Soluendo medietatem promissi usque ad festum Michaelis de mense septembri proxime futuro et aliam medietatem in festo Resurrectionis Domini ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 116': in fine: Recepit summas, in margine dextro: Cardinales XI, in margine sinistro: Monasterium Sancte Marie in Claratumba, anno VIII^o B(onifacii).

a) de Mogila, *in margine additur: ordinis Cisterciensis Claccouensis diocesis additur etiam Cracoviensis.*

95

Joannes episcopus Culmensis, per Mathaeum Vygardi procuratorem suum, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 700 florenos auri et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus praedecessoris sui Nicolai.

[Romae,] die 26 aprilis, 1398.

Indictione VI-ta, die XXVI mensis aprilis pontificatus et anno ut supra,^{a)} reuerendus pater dominus Johannes episcopus Culmensis, per discretum virum Mateum Vygardi clericum Wratislaviensis diocesis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio septingentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognovit Collegio tantum pro communi seruicio domini Nicolay predecessoris sui nonaginta sex similes florenos, solidos quatraginta quinque et denarios nouem monete predice. Item recognovit Camere et Collegio pro residuo quinque minutorum seruiciorum dicti domini Nicolay triginta unum similes florenos, solidos duodecim et denarios sex monete predice. Soluendo medietatem promissi in festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro et aliam medietatem in festo Penthecostes ex tunc proxime secuturo et recognita similibus modis et terminis successive. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 123: in margine dextro: X Cardinales, XVI Cardinales, XVI Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

Cfr. KROFTA v. V nr. 1288 p. 701, in excerpto.

a) pontificatus domini Bonifacii noni anno nono, anno MCCCC^oLXXXVIII^o.

96

Nicolaus episcopus Caminensis personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Joannis et alterius Joannis.

[Romae,] die 1 iunii, 1398.

Indictione VI-ta, pontificatus ut supra^{a)} die sabbati prima mensis junii reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Caminensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio duo milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognovit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui alia duo milia similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognovit Camere et Collegio predictis pro communi seruicio alterius domini Johannis ante-predecessores sui alia duo milia similes florenos et quinque servicia consueta. Soluendo medietatem promissi in festo Nativitatis Domini proxime futuro, aliam medietatem in festo Apostolorum Petri et Pauli ex tunc proxime secuturo, et recognita similibus modis et terminis etc. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 123: in margine dextro: X Cardinales, XVI Cardinales, XVI Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

a) *ut immediate supra.*

Albertus electus in episcopum Poznaniensem personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta itemque recognovit pro similibus praedecessorum suorum Nicolai et Joannis.

Romae, die 26 aprilis, 1399.

Anno, pontificatus, loco et inductione predictis^{a)}, die XXVI aprilis, coram et presentibus quibus supra^{b)}, reuerendus pater dominus Albertus electus in episcopum Poznaniensem personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quadragentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Nicolai predecessoris sui LXXXVII similes florenos, solidos quadraginta tres monete romane et quinque seruicia pro rata. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui alias quadrigentos similes florenos et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum in festo Natiuitatis Domini nostri proxime futuro et omnia recognita in festo Resurreccionis Domini nostri proxime futuro anno ipso. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 133': in margine dextro: X cardinales, XVIII cardinales, XX cardinales, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) anno Domini 1399. pontificatus... Bonifacii... noni, anno X, Rome.

b) coram reuerendissimis in Christo patribus et dominis C(onrado), miseratione diuina, archiepiscopo Nicosiensi, A(ugustino) Perusino, U(baldo) Arborensi, G(uallelmo) Anconitano, A(ntonio) Malfensi archiepiscopo et episcopis, nec non venerabilibus viris dominis Sabba de Muscianis. Marczeo de Lamberto, et Antonio de Bauacaldi clericis apostolice Camere.

Nicolaus episcopus Wladislaviensis per Nicolaum Penasconis procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 1000 florenos auri et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 26 aprilis, 1399.

Anno, pontificatus, loco, inductione et die predictis^{a)} reuerendus pater dominus Nicolaus episcopus Wladislaviensis per dominum Nicolaum Penasconis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio mille florenos auri de Camera et quinque consueta seruicia. Soluendo totum in festo Resurreccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 133': in margine dextro: X Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Wladislaviensis.

a) anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, pontificatus domini Bonifacii noni anno X. Indictione VII die 26 aprilis, Rome.

Jacobus episcopus Wilnensis per Joannem de Luben procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio "id ad quod taxabatur" et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 5 maii, 1399.

Anno, pontificatus, loco, et inductione predictis^{a)} die quinta maii coram et presentibus quibus supra^{b)}, reuerendus pater dominus Jacobus episcopus Wilnensis in Litwania, per venerabilem virum dominum Joannem alias Janusium de Luben decretorum doctorem procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio id ad quod taxabatur in partibus et quinque seruicia consueta. Soluendo totum infra annum a

tempore, die relationis facta de dicta taxa et producere mandatum sufficiens infra annum. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 f. 134: in margine dextro: X Cardinales, in margine sinistro: Episcopi Wilnensis.

a) Rome, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, pontificatus Domini Bonifacii noni anno X, indictione VIIma.
b) *ut supra* nr. 97.

XVIII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 52 A.*

Clementis VII litterae,

*ab anno 1391 ad annum 1392 (a die 1 iunii ad diem 20 novembris),
ff. 1-310 olim ff. I-CCXXIII, 225-267, f. 38 olim f. I.*

*f. 3: "Regestrum litterarum communium seruiciorum prelatorum incepturn in
anno M^oCCC^oLXXXI^o de mense junii et finitum quoad communia seruicia pre-
dicta circa finem anni M^oCCC^oLXXXII^o in mense nouembris."*

ff. 1-234 regestra litterarum,

ff. 235-260 commissiones et liberationes,

ff. 260-266 citationes,

ff. 267-270 monitiones,

ff. 271-282 litterae denuntiatoriae,

ff. 28-310 visitationes.

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

XIX *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 53.*

Clementis VII et Benedicti XIII solutiones,

*ab anno 1391 ad annum 1405 (a die 18 novembris ad diem 24 iulii),
ff. 1-198 olim ff. I-CXC.*

*ff. 192-194 extractum de libro taxationum in regno Apuliae et Neapolis, aliorum-
que Ecclesiarum orbis christiani, ibique f. 195 Ecclesia Cracoviensis recolitur
taxata ad florenos MD.*

*f. 1 traduntur taxae pro litteris quitantiarum, eaedem ac supra sub. nr. XII.
In parte solutionum, pro Polonia nihil.*

XX *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54.*

Bonifacii IX divisiones,

*ab anno 1399 ad annum 1407 (a die 23 iunii ad diem 26 martii),
ff. 1-151 olim ff. I-CXXXIII.*

ff. 1-83 Bonifacii IX,

ff. 83'-131 Innocentii VII,

ff. 131'-151 Gregorii XII.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 26.

100

*Divisio pecuniae pro communi servitio Petri episcopi Cracoviensis cardinalium
Collegio solutae.* [Romae,] die 5 aprilis, 1399.

Die quinta mensis aprilis, indiccione VII, pontificatus et anno ut supra,^{a)} reuerendus pater dominus Petrus episcopus Cracouiensis, soluit pro parte partis

sui communis seruicii etc., non facta diuisione de minuto seruicio etc., ducentos et sexaginta florenos auri de Camera. Fuit promotus anno quarto domini Bonifacii predicti. Cardinales XVII, videlicet: Rauognatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Baren-sis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii florenos duos et solidos triginta. Restant floreni II-C-LVII et solidi XX. Capit quilibet florenos quindecim et solidos VII et denarios $\frac{1}{2}$. Capit Camera porciones octo mortuorum, que ascendunt ad florenos centum viginti unum, solidos sex et denarios quatuor monete predicte. *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 1': in margine dextro:* Anno IIII Bonifacii, cardinales XVII, *in margine sinistro:* Episcopus Cracouiensis.

a) pontificatus domini Bonifacii pape noni, anno decimo, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

101

Divisio pecuniae pro complemento communis et uno integro minuto servitiorum Jacobi episcopi Plocensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 14 [mai], 1399.]

Die quarta decima mensis predicti reuerendus pater dominus Jacobus episcopus Plocensis soluit pro complemento sui communis seruicii etc., viginti octo florenos auri de Camera et solidos quadraginta quinque, et pro uno integro minuto seruicio etc., nouem similes florenos, solidos quatuor, denarios septem monete romane. Summa floren. XXXVII, sol. XLVIII et den. VII. Fuit promotus anno septimo domini Bonifacii predicti. Cardinales XI, videlicet: de Lanconio, Rauognatensis, Florentinus, Monopolitanus, Anglicanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Branchacius, Laudensis, Baren-sis. Capit clericus Collegii solidos decem octo et denarios undecim. Restant floreni XXXVII, solidi XXX, denarii VIII. Capit quilibet florenos tres auri de Camera, solidos viginti et denarios undecim et obulum. Capit Camera porciones duorum mortuorum, vide-lacet: de Lanconio et Anglicani, que ascendunt ad florenos sex, solidos quadra-ginta unum et denarios undecim monete romane.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 2': in margine dextro: Anno VII Bonifacii, Cardinales XI, *in margine sinistro:* Episcopus Plocensis.

102

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Maffioli episcopi Plocensis, per Jacobum eius successorem cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 14 maii, 1399.

Dicta die mense etc.,^{a)} predictus dominus Jacobus episcopus Plocensis soluit pro parte partis communis seruicii domini Maffioli predecessoris sui, non facta diuisione de minuto seruicio etc., quadraginta florenos auri de Camera. Fuit promotus predictus dominus Maffiolus anno quarto domini Bonifacii pre-dicti. Cardinales XVII, videlicet: Rauognatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Baren-sis. Ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos viginti monete romane. Restant floreni triginta nouem et solidi triginta. Capit quilibet florenos duos, solidos sexdecim et denarios sex monete predicte. Capit Camera porciones octo mortuorum que ascendunt ad florenos decem et octo, solidos triginta unum et denarios quatuor dicte monete.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 3: in margine dextro: Anno IIII Bonifacii, Cardinales XVII, *in margine sinistro:* Episcopus Plocensis.

a) decima quarta die mensis maii, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, pontificatus domini Bonifacii noni anno decimo, indictione VIIma.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Nicolai abbatis monasterii de Claratumba alias de Mogila cardinalium Collegio solutae.
 [Romae,] die 21 decembris, 1399.

Indictione, anno, pontificatus ut supra,^{a)} die vicesimo primo mensis decembris venerabilis pater dominus frater Nicolaus abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba, alias de Mogola ordinis Cisterciensis Cracouiensis diocesis, soluit pro parte partis sui communis seruicii etc., octo florenos auri de Camera et solidos viginti quinque et pro parte partis unius minutus seruicii unum similem florenum. Summa floren. VIII et sol. XXV. Fuit promotus anno nono domini Bonifacii predicti. Cardinales XI, videlicet: Rauegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Barenensis, Celimontanus. Capit clericus Collegii solidos quatuor, denarios nouem. Restant floreni VIII, solidi XX et denarii III. Capit quilibet solidos quadraginta duos et denarios nouem monete romane. Capit Camera porciones duo mortuorum, vide-lacet: de Lanconio, Anglicani, que ascendunt ad florenum unum, solidos triginta quinque et denarios sex monete romane supra dicte.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 9: in margine sinistro: Abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba.

a) anno MCCCLXXXIX, indictione VII-a, pontificatus domini Bonifatii IX anno undecimo.

Divisio pecuniae pro complemento communis et minutus servitiorum Nicolai abbatis monasterii de Claratumba alias de Mogila cardinalium Collegio solutae.
 [Romae,] die 10 februarii, [1400.]

Die decima mensis februarii, venerabilis pater dominus frater Nicolaus abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba ordinis Cisterciensis Cracouensis diocesis soluit pro complemento sui communis seruicii etc., viginti sex communis florenos auri de Camera et solidos nouem et pro complemento unius minutus seruicii etc., duos similes florenos et solidos viginti monete romane. Summa floren. XXVIII, sol. XXVIII. Fuit promotus anno octauo domini Bonifacii predicti. Cardinales XI, videlicet: Florentinus, Rauegnatensis, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Barenensis. Ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XIII et denarios III. Restant floreni XXIII solidi XIII, denarii VIII. Capit quilibet florenos II, solidos XXVIII et denarios VIII½. Capit Camera portione duorum mortuorum, que ascendunt ad florenos V, solidos VII et denarios V monete predicte.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 13: in margine sinistro: Abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba.

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minutus servitiorum Dobrogostii archiepiscopi Gneznensis atque pro eiusdem praedecessoris Joannis cardinalium Collegio solutae.
 [Romae,] die 10 februarii, [1400.]

Die predicta predicti mensis,^{a)} reuerendus pater dominus Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis soluit pro complemento sui communis seruicii etc., triginta unum florenos auri de Camera, solidos duodecim et denarios sex et pro complemento communis seruicii domini Johannis predecessoris sui quinquaginta florenos auri de Camera et pro uno integro minuto seruicio pro dicto domino Johanne sex similes florenos, solidos triginta tres et denarios quatuor monete romane. Summa pro suo communi floren. XXXI, sol. XII et den. VI. Fuit pro-

motus predictus dominus Dobrogostius anno quinto domini Bonifacii predicti. Cardinales XVI, videlicet: Rauegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Bononiensis, Neapolitanus, Yserniensis, Brancarius, Laudensis, Barenensis. Ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XV et denarios VII. Restant floreni XXX-ta, solidi XLVI et denarii XI $\frac{1}{2}$. Capit quilibet florenum I, solidos XLVI et denarios VIII. Capit Camera porciones septem mortuorum, que ascendunt ad florenos XIII, solidos XXV et denarios VIII. Summa tam pro communi quam pro minuto predicti domini Johannis predecessoris floren. LVI, sol. XXXIII et den. IIII. Fuit promotus anno XII domini Urbani VI-ti. Cardinales XV, videlicet: Florentius, Monopolitanus, de Flisco, Brancarius, Laudensis. Ceteri mortui sunt. Clericus Collegii capit solidos XXVIII et denarios IIII. Restant floreni LVI et solidi V. Capit quilibet florenos III et solidos XXXVII. Capit Camera pro X mortuis florenos XXXVII et solidos XX monete predice.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 13: in margine sinistro: Archiepiscopus Gneznensis, et *infra:* Predecessor archiepiscopi predicti.

a) die decima mensis februaril, indictione VII^a, pontificatus domini Bonifacii IX anno XI^o.

106

Divisio pecuniae pro complemento communis et unius minutis servitiorum Maffioli, per Jacobum episcopum Plocensem cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 10 maii, [1400.]

Die X maii, dominus Jacobus episcopus Plocensis soluit pro complemento reuerendi domini Maffioli florenos CLX et pro uno integro minuto florenos XI, solidos XXXVIII et denarios VI. Summa floren. CLXXI, sol. XXXIII et den. VI. Fuit promotus anno quarto domini Bonifacii. Cardinales XVII, videlicet octo supranominati, ^{a)} ceteri mortui sunt. Clericus Collegii florenum I, solidos XXXV, denarios V. Restant floreni CLXX, solidi II, denarii X. Capit quilibet florenos X, solidos, ^{b)} denarios II, ^{c)} Camera pro VIII mortuis florenos LXXXX, solidos XLVI denarios X $\frac{1}{2}$.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 17: in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

a) Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancarius, Laudensis, Barensis.

b) "solidos V", "V" deletum.

c) *in margine additur:* "solidum I, denarios VI."

107

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai episcopi Caminensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 30 octobris, [1400.]

Die penultimo mensis octobris, reuerendus pater dominus Nicolaus ^{a)} episcopus Caminensis soluit pro parte partis sui communis etc. florenos XVI, solidos XXXIII et pro parte partis unius minutis etc. florenos I, solidos XXVIII et denarios X $\frac{1}{2}$. Summa floren. XVIII, sol. X et den. X $\frac{1}{2}$. Fuit promotus anno X domini Bonifacii pape noni. Cardinales X, videlicet: Rauegnatensis, Florentinus, Monopolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancarius, Laudensis, Barenensis, de Flisco, Neapolitanus. Capit clericus Collegii solidos XVIII et denarios 1 $\frac{1}{2}$. Restant floreni XVIII, solidi III et denarii VIII. Capit quilibet florenum I et solidos XL et denarios IIII $\frac{1}{2}$. Capit Camera porcionem domini Rauegnatensis, que ascendit ad florenum I, solidos XL et denarios IIII $\frac{1}{2}$.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 18: in margine sinistro: Episcopus Caminensis, *in margine dextro:* "pro littera floren. IIII, gross." deletum.

a) "Johannes" deletum, substitutum: "Nicolaus".

Divisio pecuniae pro communi et uno minuto servitiis Alberti episcopi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae. [Romae,] die 20 decembris, [1400].

Die XX mensis decembris, dominus Albertus episcopus Poznaniensis soluit pro communi florenos XVIII, solidos XXXVII, denarios VI, et pro minuto florenos II, solidos XXV. Summa floren. XXI, sol. XII, den. VI. Fuit promotus anno X^o domini Bonifacii. Fuerunt in ipsius promotione cardinales X, videlicet proximo predicti.^{a)} Capit clericus Collegii solidos X, denarios VII. Restant floreni XXI, solidi I, denarii XI. Capit quilibet florenos II, solidos V, denarios II. Capit Camera porciones unius mortui, videlicet domini Rauegnatensis, florenos II, solidos V, denarios II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 25': in margine sinistro: Episcopus Poznaniensis.

^{a)} Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Rauennatensis, Bononiensis, Yserniensis, de Flisco, de Brancaciis, de Laude, Barensis.

Divisio pecuniae pro totali solutione communis servitii Henrici episcopi Warmiensis cardinalium Collegio solutae. [Romae,] die 2 aprilis, 1401.

Eodem die, dominus Henricus episcopus Warmiensis soluit pro totali suo communis seruicio florenos CCXXII, solidos XI, denarium I. Fuit promotus, ut supra,^{a)} cardinales, ut supra. ^{b)} Capit clericus Collegii florenos II, solidos XI, denarium I. Restant floreni CCXX, denarii... Capit quilibet florenos XXIII, solidos X, denarium I.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 30: in margine sinistro: Episcopus Warmiensis, anno XII, Cardinales VIII.

^{a)} fuit promotus anno XII domini Bonifatii IX.

^{b)} videlicet Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, de Flisco, de Brancaciis, de Laude, Barensis.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Petri episcopi Cracoviensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 11 augusti, [1401.]

Die XI-a mensis augusti, indictione nona, reuerendus in Christo pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii florenos centum et nonaginta auri de Camera et pro parte partis unius minutis seruitii similes decem florenos. Summa, floreni ducenti. Fuit promotus anno IIII domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XVII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, de Brancaciis, de Laudo, Barensis, ceteri alii mortui sunt. Capit clericus Collegii florenos II. Restant floreni centum et nonaginta octo. Capit quilibet florenos XI, solidos XXXII, denarios IIII. Capit Camera portiones mortuorum nouem, que ascendunt ad florenos CIII, solidos XLII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 33: in margine dextro: Anno IIII-o Bonifacii, *in margine sinistro:* Episcopi Cracoviensis.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Alberti episcopi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae.

[Romae,] die 14 decembris, [1401.]

Die XIII-a mensis decembris, indictione nona, reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis, pro parte partis sui com-

munis seruitii soluit florenos decem et octo et solidos triginta septem et denarios VI et pro parte partis sui minuti seruitii duos similes florenos, solidos viginti quinque. Summa floren. viginti unum et sol. XII et den. VI. Fuit promotus anno nono domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Brancacius, Laudensis, Barensis, Flisco. Alius mortuus est. Capit clericus Collegii solidos decem et denarios VII. Restant floreni vicinti unum et solidi I et denarii XI. Capit quilibet florenos II, solidos V, denarios II. Capit Camera porcionem unius mortui, que est floren. II, sol. 5, den. II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 36': in margine dextro: Anno VIII domini Bonifacii, Cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

112

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Joannis episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 1 iunii, [1402.]*

Indictione decima, die prima mensis junii, reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislaviensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii florenos ducentos octuaginta unum, solidos XII et denarios II½ et pro parte partis unius minuti seruitii florenos XVI, solidos XXVII, denarios II½ monete romane. Summa floren. II-C-LXXXVII, sol. XL. Fuit promotus anno XIII-mo domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Flisco et Barensis. Capit clericus Collegii florenos II, solidos XLVIII et denarios X. Restant floreni II-C-LXXXVIII-or, solidi XLI et denarii II. Capit quilibet florenos XXXII, solidos XXXVII, denarios VIII. Camera apostolica nichil.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 44: in margine dextro: Anno XIII-mo domini Bonifacii, cardinales VIII, in margine sinistro: Episcopi Wladislaviensis.

113

Divisio pecuniae pro finali solutione communis et unius minuti servitiorum Arnoldi episcopi Culmensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 1 iulii, [1402.]*

Indictione X-a, die prima mensis iulii, reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus electus episcopus Culmensis soluit pro complemento et finali solutione sui communis seruitii tricentos et quinquaginta florenos auri de Camera et pro finali etiam solutione sui minuti seruicii triginta unum similes florenos, solidos XL et denarios XI. Summa floreni tricenti octuaginta unus, solidi XL et denarii XI. Fuit promotus anno XIII-mo domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XI, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Aquilegensis, Laudensis, Flisco, Branchacius, Barensis et Sancti Eustachii. Capit clericus Collegii florenos III, solidos XL et denarios VI. Restant floreni III-C-LXXVIII et denarii V. Capit quilibet florenos XXXIII, solidos XVIII et denarios II et ½. Denarius 1½ remanent indiuisa. Camera apostolica nichil.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 46': in margine dextro: Anno XIII-mo domini Bonifacii, Cardinales XI, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 47.

Divisio pecuniae pro parte partis communis servitii Nicolai archiepiscopi Gneznensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 12 octobris, [1402.]*

Indictione X-a, die XII-ma mensis octobris, reuerendus pater dominus Nicolaus, Dei gratia, archiepiscopus Gneznensis, soluit pro parte sui communis seruitii, non facta diuisione de minuto, florenos nonaginta octo auri de Camera et solidos quadraginta monete romane. Summa floren. nonaginta octo, sol. quadraginta. Fuit promotus anno XIII-mo domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Brancacius, Flischio et Barenensis. Capit clericus Collegii florenum I, solidos XLVIII, denarios V. Restant floreni LXXXVIII, solidi XL, denarii VII. Capit quilibet florenos X, solidos XLIII et denarios III-or. Camera apostolica nichil.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 49: in margine dextro: Anno XIII-mo domini Bonifacii Cardinales VIII: in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 50.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Petri episcopi Cracoviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 3 aprilis, [1403.]*

Indictione VI-ma, die III-a mensis aprilis, reuerendus parte dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii vicinti quatuor florenos auri de Camera, solidos quadraginta duos et denarios duos et obulum monete romane, et pro parte partis sui minutus seruitii, solidos triginta septem et denarios nouem et obulum dicte monete. Summa floren. vicinti quinque et sol. triginta. Fuit promotus anno III-to domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XVII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Brancacius, Barenensis. Ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XII et denarios X. Restant floreni XXV et solidi XVII et denarii II. Capit quilibet florenum I, solidos XXIII, denarios VI et $\frac{1}{2}$. Capit Camera portiones mortuorum nouem, que sunt floren. XIII, sol. XX, den. X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 56': in margine dextro: Anno IIII Bonifacii, Cardinales VII, in margine sinistro: Episcopi Cracoviensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 58.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Alberti episcopi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 13 augusti, [1403.]*

Indictione XI, die XIII mensis augusti, reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii viginti septem florenos auri de Camera et pro parte partis unius et sui minutus seruitii tres similes florenos. Summa floren. triginta. Fuit promotus anno nono domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis,

Laudensis, Branchacius, Flischo, Barenensis. Alius mortuus est. Capit clericus Collegii solidos XV. Restant floreni XXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet florenos II, solidos XLVIII et denarios VI. Capit Camera apostolica portionem unius mortui, que sunt floreni II, solidi XLVIII, denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 62': in margine dextro: Anno IX Bonifacii, Cardinales X, *in margine sinistro:* Episcopi Poznaniensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 63.

117

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Nicolai episcopi Caminensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 20 decembris, [1403.]

Indictione XI-ma, die XX-ma mensis decembris, reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii decem et octo florenos auri de Camera, solidos triginta septem et denarios X monete romane, et pro parte partis unius minuti seruicii duos similes florenos, solidos viginti quinque. Summa floren. viginti unum et sol. duodecim et den. sex. Fuit promotus anno VIII domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Flischo, Branchacius, Barenensis, Alius mortuus est. Capit clericus Collegii solidos X et denarios VIII. Restant floreni XXI, solidi VIII, denarii X. Capit quilibet florenos II, solidos V, denarios II. Camera apostolica porcionem unius mortui, videlicet florenos II, solidos V, denarios II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 68: in margine dextro: Anno VIII Bonifacii Cardinales X, *in margine sinistro:* Episcopi Caminensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 68'.

118

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Joannis episcopi Culmensis per eius successorem Arnoldum cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 14 mai, [1404.]

Indictione XII-ma, die XIII-ma mensis maii, reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus, Dei gracia, episcopus Culmensis, soluit pro parte partis communis seruitii domini Johannis predecessoris sui quinquaginta nouem florenos auri de Camera, solidos duodecim et denarios XI monete romane, et pro parte partis unius minuti seruicii eiusdem, septem similes florenos, solidos viginti et denarios V monete romane predice. Summa floren. sexaginta sex et sol. triginta tres et den. quatuor. Fuit promotus anno VIII Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis et Flisco. Alius mortuus est, pro quo iam papa recepit portionem suam et propterea diuiditur hec summa inter uiuentes tantum. Capit clericus Collegii solidos XXXIII et denarios III. Restant floreni LXVI. Capit quilibet florenos VII, solidos XVI et denarios VIII. Camera apostolica nichil.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 75: in margine dextro: Anno VIII Bonifaci, Cardinales X, *et sigla: b. in margine sinistro:* Episcopi Culmensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 77.

Divisio pecuniae pro totali complemento communis et unius minutis servitiorum Nicolai archiepiscopi Gneznensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, l die 23 maii, [1404.]*

Indictione XII-ma, die XXIII-a mensis maii, reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, archiepiscopus Geznensis, soluit pro totali complemento sui communis seruitii unum florenum auri de Camera, solidos decem monete romane, et pro totali solutione unius integri minutis seruitii undecim similes florenos, solidos quinque et denarios sex monete predice. Summa floren. duodecim, sol. XV et den. VI. Fuit promotus anno XIII-mo Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis, Flischo, Branchacius, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos VI et denarium I. Restant floreni VII, solidi VIII et denarii V. Capit quilibet florenum I, solidos XVII, denarios VIII½. Camera apostolica nichil.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 76: in margine dextro: Anno XIII-mo Bonifacii, Cardinales VIII, et sigla: b. in margine sinistro: Episcopi Geznensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 77.

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Wladislaviensem cardinalium Collegio solutae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai praedecessoris sui.

[*Romae, l die 20 iunii, [1404.]*

Indictione XII-ma, die XX-ma mensis junii, reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauiensis, soluit pro parte partis communis seruitii domini Nicolai praedecessoris sui triginta sex^{a)} florenos, solidos V et denarios VII½ auri de Camera et pro parte partis unius etiam minutis seruicii dicti domini Nicolai quinque similes, solidos XXVII et denarios VIII. Summa floren. quinquaginta. Fuit promotus anno X-mo Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Barenensis, Yserniensis, Flischo, Laudensis, Branchacius, alias mortuus est. Capit clericus Collegii solidos XX, denarios X. Restant floreni XLI, solidi XXI, denarii VI. Quilibet florenos IIII, solidos VI, et denarios III. Camera apostolica portionem mortui unius, videlicet florenos III, solidos VI et denarios III.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 77: in margine dextro: Anno X-mo Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Wladislauiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 77.

a) "quatraginta quinque" deletum, in margine dextro nomen correctoris: Att(anantis de).

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Alberti episcopi Poznaniensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae, die 14 augusti, 1404.]*

Indictione XII-ma, die predicta mensis augusti, reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii viginti quinque florenos auri de Camera, et pro parte partis sui minutis seruitii quinque similes florenos. Summa floren. triginta. Fuit promotus anno VIII domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Laudensis,

Branchacius, Barensis, Flischio, alius mortuus est. Capit clericus Collegii solidos XV. Restant floreni XXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet florenos II, solidos XLVIII, et denarios VI. Camera apostolica portionem unius mortui, videlicet florenos II, solidos XLVIII et denarios VI.

Arch. Vat. Obl. v. 54 f. 78': in margine dextro: Anno VIII Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 79'.

122

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Petri episcopi Cracoviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 28 septembris, [1404.]

Indictione XII-ma, die XXVIII-a mensis septembris, reuerendus in Christo pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii nonaginta quatuor florenos auri de Camera, solidos quinque et denarios decem et obulum monete romane, et pro parte partis sui etiam minutis seruitii quinque similes florenos, solidos quadraginta quatuor et denarium unum et obulum. Summa floren. centum. Fuit promotus anno III-to Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XVII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Bononiensis, Yserniensis, Branchacius, Laudensis, Barensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii florenum I. Restant floreni LXXXVIII. Capit quilibet florenos quinque, solidos XLI et denarios II. Capit Camera apostolica portiones mortuorum VIII, que sunt floreni LII, solidi XX, et denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 83: in margine dextro: Anno III-to Bonifacii, cardinales XVII, et sigla B, in margine sinistro: Episcopi Cracoviensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 83'.

123

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Joannis episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 27 ianuarii, [1405.]

Indictione XIII-ma, die XXVII januarii, reuerendus pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauiensis soluit pro parte partis sui communis seruitii quinquaginta tres florenos auri de Camera, solidos sexdecim et denarios octo monete romane, et pro parte partis unius etiam sui minutis seruitii sex similes florenos, solidos triginta tres et denarios quatuor dicte monete. Summa floren. sexaginta. Fuit promotus anno XIII-mo Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XXXX. Restant floreni LVIII, solidi XX. Capit quilibet florenos VI, solidos XXX. Camera apostolica portiones mortuorum II-orum, que sunt floreni XIII et solidi X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 89: in margine dextro: Anno XIII Bonifacii, Cardinales VIII, et sigla: «C» in margine sinistro: Episcopi Wladislauensis, et sigla. b.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 92.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Joannis episcopi Culmensis, per Arnoldum eius successorem, cardinalium Collegio solutae.

[*Romae,*] die 20 iunii, [1405.]

Indictione XIII-a die XX-a mensis junii, reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus, Dei gratia, episcopus Culmensis, soluit pro parte partis communis seruitii domini Johannis predecessoris sui sexaginta tres florenos auri de Camera et pro parte partis unius etiam minutus seruitii dicti domini Johannis septem similes florenos. Summa floren. septuaginta. Fuit promotus anno VIII Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XXXV. Restant floreni LXVIII, solidi XV. Capit quilibet florenos VI, solidos XXXVI et denarios VI. Capit Camera apostolica portiones mortuorum II-orum, quia decimi recepit portionem suam Bonifacius, videlicet florenos XV et solidos XX.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 97: in margine dextro: Anno VIII Bonifacii, cardinales X, Att(anantis de) bene, *in margine sinistro:* Episcopi Culmensis, *cum sigla: b.*

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 101'.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Petri episcopi Cracoviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Viterbii,*] die 22 iunii, [1405.]

Indictione XIII-a, die XXII mensis junii, reuerendus in Christo pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii sexaginta quinque florenos auri de Camera, solidos quadraginta quatuor et denarium unum et obulum monete romane, et pro parte partis unius etiam sui minutus seruitii quatuor similes florenos, solidos quinque et denarios decem et obulum dicte monete. Summa floren. septuaginta. Fuit promotus anno IIII-to Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales XVII, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XXXV. Restant floreni LXVIII, solidi XV. Capit quilibet florenos IIII, solidos III et denarios X. Camera apostolica portiones cardinalium mortuorum X, que sunt floreni XL, solidi XXXVIII et denarii IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 97: in margine dextro: Anno IIII-to Bonifacii, cardinales XVII, *in margine sinistro:* Episcopi Cracoviensis, *et sigla b.*

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 101'.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutus servitiorum Alberti episcopi Poznaniensis, cardinalium Collegio solutae.

[*Viterbii,*] die 12 augusti, [1405.]

Indictione XII-ma die VII-ma mensis augusti, reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii viginti septem florenos auri de Camera et pro parte partis unius etiam sui minutus seruitii tres similes florenos. Summa floren. tri-

ginta. Fuit promotus anno VIII Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XV. Restant floreni XXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet florenos II, solidos XLVIII et denarios VI. Camera apostolica portiones III mortuorum, que sunt floreni VIII, solidi XLV et denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 101: in margine dextro: Anno VIII Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 101'.

127

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Nicolai episcopi Caminensis cardinalium Collegio solutae.

[*Viterbii, die 17 octobris, [1405.]*

Indictione XIII-ma, die XVII-ma mensis octobris, reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii viginti septem florenos auri de Camera, et pro parte partis unius etiam sui minuti seruitii tres similes florenos. Summa floren. triginta. Fuit promotus anno VIII Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt. Capit clericus Collegii solidos XV. Restant floreni XXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet florenos II, solidos XLVIII et denarios VI. Camera apostolica portiones mortuorum III, que sunt floreni VIII, solidi XLV et denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 102': in margine dextro: Anno VIII Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Caminensis, et sigla b.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 103.

128

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minuti servitiorum Joannis episcopi Wladislaviensis cardinalium Collegio solutae.

[*Viterbii, die 3 martii, [1406.]*

Indictione XIVI-ma, die III-a mensis martii, reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii sexaginta sex florenos auri de Camera, solidos triginta tres et denarios quatuor monete romane, et pro parte partis unius etiam sui minuti seruitii sexdecim similes florenos, solidos triginta tres et denarios quatuor dicte monete. Summa floren. octuaginta tres, sol. sexdecim et den. octo. Fuit promotus anno XIII-mo domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Florentinus, heredes Monopolitan, Neapolitanus, heredes Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis. Capit clericus Collegii solidos XLI et denarios VIII. Restant floreni LXXXI, solidi XXV. Capit quilibet florenos VIII, solidos VIII et denarios III-or. Capit Camera apostolica portiones duorum mortuorum non participantium, que sunt floreni XVIII, solidi XVI et denarii VIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 110': in margine dextro: Anno XIII-mo Bonifacii, cardinales VIII, in margine sinistro: Episcopi Wladislauensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 111.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Joannis episcopi Culmensis, per Arnoldum eius successorem, cardinalium Collegio solutae.

[Viterbiæ,] die 19 iunii, [1406.]

Indictione XIII-ma, die XVIII-ma mensis iunii reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus, Dei gratia, episcopus Culmensis, soluit pro parte partis communis seruitii domini Johannis predecessoris sui sexaginta septem florenos auri de Camera, solidos viginti quinque monete romane, et pro parte partis unius etiam minutis seruitii dicti domini Johannis predecessoris sui septem similes florenos, solidos viginti quinque dicide monete. Summa floren. septuaginta quinque. Fuit promotus dominus predictus anno VIII^o Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, Monopolitanus, Neapolitanus, Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt et non participant. Capit clericus Collegii solidos XXXVII et denarios VI. Restant floreni LXXXIII-or solidi XII et denarii VI. Capit quilibet florenos VIII, solidos XII et denarios VIII. Capit Camera apostolica porciones mortuorum II-rum non participantium, III-cii uero partem, qui decimus erat, recepit Bonifacius tempore promotionis facte, floren. XVI, solidos XXIII, denarios XI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 118'-119: in margine dextro: Anno VIII^o Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 119'.

Divisio pecuniae pro parte partis communis et unius minutis servitiorum Nicolai episcopi Caminensis cardinalium Collegio solutae.

[Rome,] die 22 decembris, [1406.]

Indictione XIII-ma die XXII mensis decembris, reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis, soluit pro parte partis sui communis seruitii quadraginta florenos auri de Camera, solidos triginta nouem et denarium unum monete romane, et pro parte partis sui etiam minutis seruitii quatuor similes florenos, solidos viginti sex et denarios sex et obulum dicide monete. Summa floren. quadraginta quinque, sol. quindecim et den. septem et obulus. Fuit promotus anno VIII^o domini Bonifacii. Fuerunt in eius promotione cardinales X, videlicet: Florentinus, heredes Monopolitani, Neapolitanus, heredes Yserniensis, Laudensis, Branchacius, Barenensis, ceteri mortui sunt et non participant. Capit clericus Collegii solidos XXII et denarios VII½. Restant floreni XLIII-or, solidi XLIII. Capit quilibet florenos III-or, solidos XXIII-or et denarios III et obulum. Camera apostolica porciones mortuorum III non participantium, que sunt floreni XIII, solidi XXII et denarii X½.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 54 f. 135: in margine dextro: Anno VIII^o Bonifacii, cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Caminensis, cum sigla b.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 141.

XXI Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55.

*Bonifacii IX solutiones,
ab anno 1397 ad annum 1402 (a die 9 novembris ad diem 30 septembris),
ff. 1-252 olim ff. I-CLIIII, f. 51 olim f. 1.
Indices, tituli marginales.*

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum episcopum Poznaniensem pro solutione partis communis et quattuor servitiorum consuetorum per manus Petri de Kobylin procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

[*Romae,*] die 11 martii, 1398.

Universis etc. Conradus^{a)} etc. salutem etc. Universitatii etc. quod reverendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis, pro parte partis sui communis seruicilii in quo Camere etc. centum quinquaginta sex florenos auri de Camera, solidos tres, et denarios sex monete romane nobis etc. et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum consuetorum, debitorum pro familiaribus et officialibus domini nostre pape, quinquaginta quatuor similes florenos, solidos quatuordecim, et denarios quatuor dicte monete, clericis etc. per manus venerabilis viri domini Petri de Kobilino decani Poznaniensis, die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Ipsumque etc. Secum etc. Verum etc. terminum etc. a festo Resurreccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro ad annum ex tunc proxime secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum sub anno Domini M^oCCC^oLXXXVIII^o, indictione sexta, die undecima mensis marci pontificatus etc.^{b)} anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 65': in fine: floren. V, gross. V, G(uillelmus) episcopus Anconitanus, Thesaurarius, receptum, Visa: Matzeus, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) miseratione divina archiepiscopus Nicosiensis domini pape Camerarius.
b) domini Bonifacii, divina providentia, pape noni.

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Joanni episcopo Lubucensi terminum solutionis communis et quatuor minutorum servitiorum prorogat.

Romae, die 27 martii, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis, Dei gratia, episcopi Lubucensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum id in quo Camere apostolice pro suis communi et quatuor minutis seruitiis debitum etc., terminum etc., usque ad festum Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum prorogamus etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini M^oCCC^oLXXXVIII^o, indictione sexta, die vicesima septima mensis marci, pontificatus etc., anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 68': in fine: flor. I, gross. II. Visa, Matzeus, in margine sinistro: Episcopi Lubucensis.

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Jacobum episcopum Plocensem pro totali solutione quatuor minutorum servitiorum suorum atque pro solutione parte partis quatuor minutorum servitiorum Maffoli predecessoris sui per manus Bartholomaei Joannis de Swiecie procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 11 maii, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus, Dei gratia, episcopus Plocensis, pro totali solucione quatuor minutorum seruiciorum suorum etc., septuaginta duos florenos auri de Camera, solidos triginta sex et denarios quatuor monete romane, et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum domini Maffoli predecessoris

sui etc., viginti septem similes florenos, solidos tredecim et denarios octo dicte monete, clericis Camere etc., per manus honorabilis viri Bartholomei Johannis de Suezia Wladislauiensis diocesis, sacri palacii apostolici causarum notarii familiaris sui, die date presencium etc. Ipsumque etc. Secum etc. Verum etc., pro residuo dictorum et aliorum predecessorum suorum minutorum seruiciorum remanet etc., terminum etc., usque ad festum Resurrecccionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini M^oCCC^oLXXXVIII^o, in ditione VI-ta die undecima mensis maii, pontificatus etc., anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 75': in fine: floren. IIII, gross. IIII, receptum, Matzeus de Lamberto, Camere apostolice clericus, in margine sinistro: Episcopi Plocensis.

134

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum episcopum Caminensem pro totali solutione sui communis servitii quitat.

Romae, die 27 martii, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis pro totali suo communi seruicio in quo Camere apostolice etc., mille florenos auri de Camera nobis, non facta diuisione de minutis seruiciis nec aliquid soluto sacro Collegio dominorum cardinalium, die date presencium tempore debito solui etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, indiccione sexta, die vicesima septima mensis marci, anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 78: in fine: floren. IIII, gross. IIII. Visa, Antonius, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

135

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Joannem episcopum Culmensem pro solutione parte partis suorum communis et quattuor minutorum seruiciorum per manus Jacobi Steube procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 30 augusti, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Culmensis pro parte partis sui communis seruicii in quo Camere etc., triginta septem florenos auri de Camera et solidos viginti quinque monete romane nobis, et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum consuetorum etc., viginti similes florenos clericis etc., per manus venerabilis viri domini Jacob Steube sacri palacii apostolici causarum auditoris, die date presencium, tempore debito, etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, indiccione sexta, die trecesima mensis augusti, pontificatus etc., anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 86': in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

136

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Henricum episcopum Sambensem pro solutione complementi quattuor minutorum seruiciorum suorum et praedecessoris sui Tilonis per manus Nicolai Salirelt procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 29 septembbris, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, episcopus Sambensis pro

complemento quatuor minutorum seruiciorum consuetorum debitorum pro familiaribus et officialibus domini nostri pape, in quibus sub certis penis et sentencias ratione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, triginta unum florenos auri de Camera, solidos quadraginta octo et denarios quattuor monete romane, et pro complemento quatuor similium minutorum seruiciorum domini Tilonis predecessoris sui per ipsum dominum Tilonem promissorum et non solutorum et per eundem dominum Henricum recognitorum consuetorum debitorum pro dictis familiaribus et officialibus in quibus ratione dicte recognitionis similiter extitit obligatus, septuaginta tres similes florenos, solidos triginta dicte monete romane, clericis apostolice Camere, proprio eorum et aliorum familiarium et officialium dicti domini nostri pape nomine recipientibus, per manus presbyteri Nicolai Daluet^{a)} cappellani ipsius domini episcopi, die date presencium tempore debito solui fecit realiter cum effectu. De quibus sic datis etc., dictum dominum Henricum episcopum eiusque heredes et successores etc., quitamus, absoluimus et etiam liberamus. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, indictione sexta, die penultima mensis septembris, pontificatus etc., anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 88': in fine: floren. II, gross. II; visa, Matzeus.

a) *cfr. nr. 218.*

137

Conradus, archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius, Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae de Claratumba pro solutione parte partis sui communis et quatuor minutorum servitiorum consuetorum per manus Petri decani Poznaniensis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 22 maii, 1398.

Uniuersis etc. Conradus etc. Uniuersitati etc., quod venerabilis pater frater Nicolaus abbas monasterii Beate Marie de Claratumba ordinis Cisterciensis Cracoviensis diocesis, pro parte partis sui communis seruicii in quo Camere apostolice etc., decem et nouem florenos auri de Camera et solidos sexdecim monete romane nobis, et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum consuetorum debitorum pro familiaribus et officialibus domini nostri pape etc., nouem similes florenos, solidos quatuor et denarios sex dicte monete clericis Camere apostolice etc. Per manus venerabilis viri domini Petri decani Poznaniensis tempore debito solui fecit etc. De quibus etc. Verum intellecta etc. pro residuo dictorum communis et quatuor minutorum seruiciorum etc., terminum etc., usque ad festum Resurreccions Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno Dominij millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, indictione VI-ta, die vicesima secunda mensis maii, pontificatus etc., anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 91': floren. II, gross. II; visa, Matzeus, in margine sinistro: Cassata, quia jam posita in precedenti libro, Nicolaus de Damiano.

138

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Pape Camerarius Petrum episcopum Cracoviensem pro complemento finalis solutionis quatuor minutorum servitiorum Maffioli praedecessoris sui per manus Joannis de Polonia et Laurentii procuratorum suorum factae quitat.

[Romae], die 8 aprilis, [1399].

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracoviensis, pro complemento finalis solutionis quatuor minutorum seruiciorum Cameram apostolicam tangencium domini Maffioli predecessoris sui per ipsum dominum

Maffiolum promissorum et non solutorum ac per eundem dominum Petrum episcopum recognitorum etc., florenos auri de Camera trecentos viginti tres et solidos quadraginta sex et denarios duos monete romane clericis etc., per manus venerabilium virorum dominorum Johannis de Polonia decretorum doctoris archidiaconi Zavichaostrensis^{a)} et Petri decani Poznaniensis et Laurencii notarii predicti domini episcopi, die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Ipsum etc. Secum etc. In quorum etc. Datum etc., die octaua mensis aprilis, VII indictione, pontificatus etc., anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 106': in fine: floren. III, gross. III. [...] perusinus episcopus Thesaur., Receptum, visa Matzeus, in margine sinistro: Episcopi Cra- couiensis, ista pecunia fuit soluta in Camera domini nostri, Bayardus de Verona.

a) Zawichostensis.

139

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Albertum electum Poznaniensem pro totali solutione sui communis servitii per manus Benedicti de Bardis et Joannis de Medicis mercatorum Florentinorum facta quitat.

[Romae,] die 14 maii, [1399.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus pater dominus Albertus electus Poznaniensis pro totali solucione sui communis seruicii in quo Camere etc., ducentos florenos auri de Camera nobis, non facta diuisione de minutis seruiciis nec aliquid soluto sacro Collegio etc., per manus discretorum virorum Benedicti de Bardis de Florencia et Johannis de Medicis de Florencia mercatorum, soluencium de eorum propriis pecuniis ipsius domini Alberti electi, die date presencium etc.^{a)}. De quibus sic datis etc. In quorum etc. Datum etc., die XIIII maii, anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 111: in fine: floren. II, gross. II, visa, Matzeus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) ab: "ipsius" ad "presencium etc." ponuntur in margine dextro loco deleti: "pecuniis omnia tamen ipsa rehabendi a prefato Alberto".

140

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Jacobum episcopum Plocensem pro solutione complementi quattuor servitiorum minutorum Maffioli, Stiborii et Dobeslai praedecessorum suorum per manus Joannis de Bononia facta quitat.

[Romae,] die 14 maii, [1399.]

Universis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus episcopus Plocensis, pro complemento finalis solucionis IIII-or minutorum seruiciorum domini Maffioli predecessoris sui per ipsum dominum Maffiolum promissorum et non solutorum ac per eundem dominum Jacobum recognitorum, in quibus Camere apostolice sub certis penis etc., XIX florenos auri de Camera et solidos XL monete romane et pro complemento IIII-or minutorum seruiciorum domini Stiborii antepredecessoris sui similiter promissorum et recognitorum triginta tres similes florenos, solidos XXX dicte monete romane et pro IIII-or integris seruiciis domini Dobeslai pre-ante predecessoris sui, similiter promissis et non solutis ac per eundem dominum Jacobum recognitis XLIII similes florenos, solidos XXII et denarios VI predite monete, clericis Camere apostolice predite, proprio eorum et aliorum familiarium et officialium dicti domini nostri pape nomine recipientibus nobis, per manus venerabilis viri domini Johannis de Bononia secretarii domini nostri pape, die date presencium solui fecit etc. De quibus sic datis etc. Ipsumque etc.

Secum etc. In quorum etc. Datum etc., die XIIIII maii, pontificatus etc., anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 111': in fine: floren. III, gross. III. Visa, Matzeus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Pro episcopo Plocensi. Istos centum et octo florenos Camere habuit Laudus.

141

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae de Claratumba pro solutione parte partis communis et quatuor minutorum servitiorum per manus Petri de Kobylin procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 21 novembris, [1399.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod venerabilis pater frater Nicolaus abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba alias de Mogila ordinis Cisterciensis Cracouensis diocesis, pro parte partis sui communis seruitii in quo etc., octo florenos auri de Camera et solidos XXV monete romane nobis etc., et pro parte partis quatuor minutorum seruitiorum debitorum consuetorum etc., quatuor similes florenos auri clericis Camere apostolice etc., per manus venerabilis viri domini Petri de Chibelino decani Poznaniensis die date presencium etc. De quibus sic etc. Ipsumque etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte dicti patris Nicolai abbatis coram nobis exposita, que ipsum etc., pro residuo dictorum communis et quatuor minutorum seruitiorum etc., remanet etc., terminum faciende solutionis seruitiorum huiusmodi usque ad festum Omnim Sanctorum proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum etc., inductione septima, die vicesima prima mensis nouembris, anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 128: in fine: floren. IIII, gross. IIII, visa, Baylardus, Nicolaus, in margine sinistro: Abbas Sancte Marie in Claratumba.

142

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae in Claratumba pro solutione parte partis communis servitii per manus Petri de Kobylin facta quitat.

Romae, die 25 martii, [1399.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod venerabilis pater frater Nicolaus abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba ordinis Cisterciensis Cracouensis diocesis, pro parte partis sui communis seruitii in quo etc., decem et octo florenos auri de Camera nobis, non facta diuisione de minutis seruitiis nec aliquid soluto sacro Collegio etc., per manus venerabilis viri domini Petri de Cobellino decani Poznaniensis die date presentium tempore debito etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome etc., inductione septima, die XXV mensis marcii, pontificatus etc., anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 129': in fine: floren. I, gross. II. Visa, Baylardus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Abbas Sancte Marie de Claratumba.

143

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolao episcopo Wladislaviensi terminum solutionis suorum communis et quatuor minutorum servitiorum prorogat.

Romae, die 24 decembris, [1399.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Nicolai, Dei gratia, episcopi Wladislauiensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum

id in quo Camere apostolice pro suis communi et minutis seruitiis etc., terminum etc., usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum etc. Ita tamen etc. Ipsumque etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome etc., inductione VII, die vicesima quarta mensis decembris, pontificatus etc., anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 136': in fine: floren. III, gross. III. Visa, Baylardus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Episcopi Wladislauiensis.

144

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Alberto episcopo Poznaniensi terminum solutionis suorum minutorum ac communium et quattuor minutorum servitiorum praedecessorum suorum prorogat.

Romae, die 24 decembris, [1399.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Alberti, Dei gratia, episcopi Poznaniensis coram nobis exposita que ipsum ad soluendum id in quo Camere apostolice pro suis minutis ac communibus et minutis seruiciis predecessorum suorum etc. terminum etc., usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome etc., inductione VII, die XXIII decembris, pontificatus etc., anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 137': in fine: floren. I, gross. II. Visa, Baylardus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

145

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae de Claratumba pro finali solutione complementi communis et quattuor minutorum servitiorum per manus Petri de Kobylin procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 10 februarii, [1400.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod venerabilis pater frater Nicolaus abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba alias de Moghila ordinis Cisterciensis Cracouensis diocesis, pro complemento finalis solutionis sui communis seruicii in quo Camere apostolice sub certis penis et sententiis etc., octo florenos auri de Camera, solidos nouem monete romane nobis, et pro complemento finalis solutionis IIII-or minutorum seruiciorum consuetorum etc., nouem similes florenos, solidos triginta dicte monete clericis etc., per manus venerabilis viri domini Petri decani Poznaniensis, die date presencium, tempore debito solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome etc., inductione VIII, die X-ma mensis februarii, pontificatus anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 141: in fine: floren. II, gross. II. Visa, Baylardus de Verona, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Abbas monasterii Beate Marie de Claratumba.

146

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Dobrogostium archiepiscopum Gneznensem pro integra solutione quattuor minutorum servitiorum Joannis praedecessoris sui per manus Nicolai de Olavia procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 18 februarii, [1400.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Dobrogoscius, Dei gratia, archiepiscopus Gneznensis pro quatuor integris minutis seruiciis domini Johannis predecessoris sui per

ipsum dominum Johannem promissis et non solutis ac per eumdem dominum Dobogroscium recognitis pro familiaribus et officialibus domini nostri pape, in quibus Camere apostolice ratione dicte ecclesie sue sub certis penis etc., vi-ginti sex florenos auri de Camera, solidos triginta tres, denarios quatuor monete romane clericis dicte Camere etc., per manus venerabilis viri domini Nicolai de Olavia prepositi ecclesie Sancti Egidii Wratislaviensis die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. Ipsumque etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome etc., indictione octaua, die decima octaua mensis februarii, pontificatus sanctissimi etc., Bonifacii etc., anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 141': in fine: floren. III, gross. III. Visa, Baylardus, Nicolaus de Damiano, in margine sinistro: Archiepiscopus Gneznensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 1567 p. 870, in excerpto.

147

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Nicolaum episcopum Caminensem pro solutione parte partis suorum communis et quattuor minutorum servitorum per manus Bartholomei de Novaria facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 23 octobris, 1400.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis pro parte partis sui communis seruicii in quo Camere apostolice sub certis etc., sedecim florenos auri de Camera et solidos triginta quatuor monete romane nobis, et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum consuetorum debitorum pro familiaribus etc., sex similes florenos, solidos quindecim et denarios sex dicte monete romane clericis apostolice Camere, per manus egregii utriusque juris doctoris domini Bartholomei de Nouaria aduocati consistorialis, die date presentium solui fecit realiter etc. De quibus etc., quitamus etc. Ipsumque etc. Secum etc. Verum etc., pro residuo dictorum communis et quatuor minutorum seruiciorum suorum etc., a festo Omnia Sanctorum proxime venturo, usque ad annum ex tunc proxime secuturo prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome etc., millesimo quadringentesimo, indictione octaua, die vicecima tercia mensis octobris, pontificatus etc., anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 167': in fine: floren. IIII, gross. IIII, Visa, Baylardus de Verona, N(icolaus) de Damiano, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

148

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Albertum episcopum Poznaniensem pro solutione parte partis communis et quattuor minutorum servitorum Nicolai praedecessoris sui per manus Ruthgeri Balhorn procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 decembris, 1400.

Uniuersis etc. Conradus etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis pro parte partis communis seruicii^{a)} domini Nicolai predecessoris sui, in quo Camere apostolice sub certis penis etc., decem et octo florenos auri de Camera nobis, et pro parte partis quatuor minutorum seruiciorum suorum etc.^{b)} decem similes florenos clericis apostolice Camere, proprio eorum etc., per manus venerabilis viri Ruthgeri Balhorn in Romana Curia procuratoris die date presentium, tempore debito solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc., quitamus etc. Verum etc., pro residuo dictorum communis et minutorum seruiciorum suorum etc., auctoritate apostolica nobis in hac etc., terminum faciende solucionis a festo Natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro usque ad annum ex

tunc proxime secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome etc., millesimo quadringentesimo, inductione octaua, die vicesima mensis decembris, pontificatus sanctissimi etc., anno duodecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 176: in fine: floren. II, gross. II, Nicolaus. In margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) "sui" deletum, substitutum: "domini Nicolai predecessoris sui", *in margine dextro cum adnotacione*: "correcta, Simon".

b) *in margine dextro adnotatur*: "nota quod haec solucio pro totali sui communis in folio LXI" (nunc f. 111.) *cfr. supra N. 139.*

149

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Henricum episcopum Warmensem pro totali solutione suorum communis et quattuor minutorum servitiorum per manus Friderici Ratardi procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 2 aprilis, 1401.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, electus in episcopum Warmensem pro totali soluzione sui communis seruicii in quo Camere apostolice etc., ducentos florenos auri de Camera nobis, et pro totali soluzione quatuor minutorum seruiciorum consuetorum etc., octuaginta octo similes florenos auri de Camera, solidos quadraginta quatuor et denarios quatuor monete romane clericis apostolice Camere proprio eorum nomine etc., per manus venerabilis viri domini Frederici Ratardi in Romana Curia procuratoris die date presencium tempore debito solui fecit etc. De quibus etc., quitamus etc. In quorum etc. Datum Rome etc., anno Domini millesimo quadringentesimo primo, inductione nona, die secunda mensis aprilis, pontificatus etc., anno duodecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 188: in fine: floren. II, gross. II, visa, Baylardus, Nicolaus, in margine sinistro: Episcopi Warmiensis.

150

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Albertum episcopum Poznanensem pro solutione parte partis communis et quattuor minutorum servitiorum Nicolai praedecessoris sui per manus procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 14 decembris, [1401.]

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Poznaniensis pro parte partis communis seruitii domini Nicolai^{a)} predecessoris sui in quo Camere apostolice etc., decem et octo florenos auri de Camera, solidos triginta septem, denarios sex monete romane et pro parte partis IIII-or minutorum seruiciorum suorum etc., decem similes florenos clericis etc., per manus Rotgeri Balhorn in Romane Curia procuratoris die date presentium etc. De quibus etc. Verum intellecta etc., pro parte dicti reuerendi patris domini Alberti episcopi coram nobis exposita etc., pro residuo dictorum communis et IIII-or minutorum etc., terminum etc., a festo Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro usque ad annum ex tunc proxime secuturo prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome etc., inductione nona, die quarta decima mensis decembris, pontificatus etc., anno tercio decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 212: in fine: floren. II, gross. II, visa, Baylardus, Nicolaus, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) "sui" deletum, substitutum *in margine dextro*: "domini Nicolai predecessoris sui" *cum adnotacione* "correcta, Simon. nota quod hec solucio pro toto suo communis in folio LXI" (nunc f. 111) *cfr. supra nr. 139.*

Conradus archiepiscopus Nicosiensis domini Papae Camerarius Arnoldum electum in episcopum Culmensem pro totali solutione suorum et finali solutione complementi Joannis praedecessoris sui communis et quattuor minutorum servitorum per manus Joannis de Campo procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 31 iulii, 1402.

Uniuersis etc. Conradus etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus, Dei gratia, electus in episcopum Culmensem pro totali solucione sui communis seruicii in quo Camere etc., trecentos quinquaginta florenos auri de Camera nobis, et pro totali solucione suorum quatuor minutorum seruiciorum consuetorum debitorum etc., centum viginti septem similes florenos, solidos tredecim et denarios octo monete romane clericis etc., et pro complemento finalis solucionis communis seruicii domini Johannis predecessoris sui per ipsum dominum Johannem promissi et non soluti et per eundem dominum Arnoldum recogniti, in quo similiter dictae Camere etc., trecentos duodecim similes florenos auri de Camera et solidos viginti quinque dicte monete romane nobis per manus venerabilis viri domini Johannis de Campo procuratoris generalis ordinis Beate Marie Theotonicorum ac Laurencii de Albertis et sociorum mercatorum Florentinorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc., quitamus etc. In quorum etc. Datum Rome etc., anno Domini millesimo quadragesimo secundo, indictione decima, die ultima mensis julii, anno tertio decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55 f. 240': in fine: floren. III, gross. III, visa, Fre(dericus) N(icolaus) de Damiano, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

XXII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A.

*Joannis XXIII quitantiae,
ab anno 1413 ad annum 1419 (a die 3 iulii ad diem 14 octobris),
ff. 1-160 olim ff. I-CXXVII, f. 2 olim f. 1.
ff. 1-83' Joannis XXIII,
ff. 83'-99 Sede vacante,
ff. 99-160 Martini V.
Indices, tituli marginales.*

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Albertum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis sui communis servitii per manus Joannis Butkonis procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Bononiae, die 6 martii, 1414.

Franciscus ^{a)}, quod reuerendus pater dominus Albertus episcopus Cracouensis, pro parte partis sui communis seruicii, in quo Camere dicti Collegii, sub certis penis et sententiis, ac termino nondum elapso, ratione dicte sue ecclesie tenebatur et extitit efficaciter obligatus centum florenos auri de Camera, nulla facta solutione de minuto, nobis pro ipso Collegio recipientibus, die date presencium, per manus venerabilis viri domini Johannis Butkonis, canonici Posnaniensis, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic solutis etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte etc., auctoritate nobis in hac parte commissa, terminum faciende solutionis huiusmodi seruiciorum, hinc ad festum Natalis Domini proxime futurum duximus prorogandum et prorogamus. Ita tamen, etc.

Datum Bononie, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quarto decimo, indictione septima, die uero sexta mensis marci, pontificatus domini nostri, domini Johannis pape XXIII, anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 48': in fine: floren. II, gross. II, A(ntonellus) de Salerno, in margine sinistro: incipiunt soluciones pro alia diuisione, Cracouiensis.

a) miseratione diuina, Sanctorum Cosme et Damiani sancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, Camerariatus officium, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Regens, in absentia reuerendissimi in Christo patris domini Amedei cardinalis de Salutis, ipsius sacri Collegii Camerarii, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Ad uniuersitatis vestre notitiam deducimus per presentes,

153

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Albertum episcopum Cracoviensem pro solutione complementi communis et unius minuti servitiorum Petri episcopi Posnaniensis, cuius coadiutor factus fuerat, per manus Joannis Butkonis procuratoris sui facta quitat.

Bononiae, die 6 martii, 1414.

Franciscus etc., quod reuerendus pater dominus Albertus episcopus Cracouiensis coadiutor reuerendi patris domini Petri episcopi Posnaniensis, pro complemento et finali solutione communis seruicij dicti domini Petri in quo etc., ac termino nondum elapso, ratione dicte ecclesie Posnaniensis tenebatur et extitit efficaciter obligatus centum XX-ti florenos auri de Camera, nec non pro totali solutione minuti seruicij dicti domini Petri in quo etc., ac termino etiam nondum elapso ratione prefate ecclesie Posnaniensis tenebatur et extitit efficaciter obligatus, decem florenos similes, nobis etc. Die date presencium per manus venerabilis viri domini Johannis Butkonis canonici ecclesie Posnaniensis solui fecit etc., de quibus sic solutis ipsos dominos, Albertum et Petrum episcopos et ecclesiam Posnaniensem ac in eadem successores, ipsorumque heredes et eorum bona tenore presencium absoluimus et quittamus. In quorum etc. Datum Bononie, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCC-mo quartodecimo, indictione septima, die VI mensis martii, pontificatus domini nostri, domini Johannis pape XXIII, anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 48': in fine: floren. II, gross. II, A(ntonellus) de Salerno, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis, ut coadiutor Posnaniensis.

154

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Henricum episcopum Sambiensem pro solutione partis communis et totali unius minuti servitiorum suorum per manus Aldillerii Francisci mercatoris Florentini facta quitat.

Bononiae, die 8 iulii, 1414.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, episcopus Sambiensis pro totali parte sui communis seruicij, in quo Camere dicti Collegii sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso etc., quadringtones florenos auri de Camera, nec non pro totali solutione sui minuti seruicij in quo familiaribus et officiariis etc., viginti quinque florenos similes predictos, solidos XVI, denarios VIII, die date presencium et tempore debito solui fecit, per manus Aldillerii Francisci mercatoris Florentini, realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Bononie, anno Domini millesimo CCCC^oXIII, indictione VII, die VIII-a mensis julii, pontificatus domini Johannis XXIII, anno V-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 57': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Sambiensis, et sigla P.

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Andream episcopum Poznaniensem pro solutione totalis partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Joannis de Medicis et sociorum facta quitat.

Constantiae, die 3 novembris, 1414.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Andreas episcopus Posnaniensis pro totali parte sui communis seruicii, in quo Camere dicti Collegii sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso ratione dicte sue ecclesie tenebatur et extitit efficaciter obligatus, ducentos florenos auri de Camera, nec non pro totali suo minuto seruicio in quo familiaribus et officiariis etc., quatuordecim similes florenos, solidos quatuordecim, denarios quatuor monete romane, nobis pro ipso Collegio recipientibus per manus prouidorum virorum Johannis de Medicis et sociorum mercatorum Florentinorum procuratorum suorum lega-liter constitutorum die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Constancie, anno a Natiuitate Domini mille-simo CCCC-mo-XIII, inductione septima et die tercia mensis nouembris, pontificatus sanctissimi etc., domini Johannis pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 66': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Posnaniensis.

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Alberto episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis suo-rum communis et minuti servitiorum prorogat.

Constantiae, die 28 decembris, 1414.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Alberti episcopi Cracouiensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum illas pecuniarum quantitates pro suis communi et minuto seruiciis Collegio ante dicto ac familiaribus et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sentenciis in termino nondum elapso, ratione dicte sue ecclesie soluere tenetur et ad quas est efficaciter obligatus reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa, terminum faciende solutionis huiusmodi seruiciorum usque ad festum Resurrec-tionis Domini nostri Jhesu Cristi proxime futurum sibi duximus prorogandum. Volumus tamen etc. In quorum etc. Datum Constancie, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXIII^o, inductione septima, die uero XXVIII mensis decembris, pontica-tus etc., ut supra, domini Johannis pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 70': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Cracouiensis.

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Joannem archiepiscopum Leopoliensem pro totali solutione com-munis et minuti servitiorum suorum per manus procuratoris sui facta quitat.

Constantiae, die 19 februarii, 1415.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, archiepiscopus Leopoliensis alias Haliciensis, pro totali suo communi ser-uicio, in quo Camere dicti Collegii sub certis penis et sentenciis ac termino iam diu elapso tenebatur et extitit efficaciter obligatus, triginta tres florenos auri de Camera, et pro totali suo minuto seruicio in quo familiaribus etc., sub eisdem penis et sentenciis ac eciam termino tenebatur, duos similes florenos, die date presentium nobis et pro Collegio recipientibus per manus venerabilis

viri domini Petri de Lomburga cantoris Wislicensis licenciati in decretis Cracouiensis diocesis, solui fecit realiter et cum effectu. Insuper, etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Constancie, sub anno a Natuitate Domini M^oCCCC^oXV^o, indictione octaua, die uero XIX mensis februarii, pontificatus, domini Johannis, diuina prouidentia, pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 75': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Archiepiscopus Leopoliensis, alias Haliciensis.

158

Franciscus tituli Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis Cameram Collegii Regens Derslao abbati monasterii in Tyniec terminum facienda solutionis suorum communis et unius minutis servitiorum prorogat.

Constantiae, die 29 februarii, 1415.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte venerabilis in Christo patris domini fratis Drislai abbatis monasterii Tiniciensis ordinis Sancti Benedicti Cracouiensis diocesis coram nobis exposita, que ipsum dominum abbatem ad soluendum illas pecuniarum quantitates, quas pro sui communi et minuto seruiciis ratione dicti monasterii debitis Collegio ante dicto ac familiaribus et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis ac termino jam diu elapso soluere tenebatur, reddebat et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum Sancti Michaelis de mense septembri proxime futuro sibi terminum duimus prorogandum. Insuper etc. Secum etc. Volumus etc. In quorum etc. Datum Constancie, sub anno a Natuitate Domini M^oCCCC^oXV^o, indictiones VIII-a die uero XXIX mensis februarii, pontificatus, ut supra, domini Johannis, diuina prouidentia, pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 76': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Abbas monasterii Tiniciensis.

159

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Petrum episcopum Vilnensem pro totali solutione communis et unius minutis servitiorum suorum per manus Nicolai secretarii Magni Ducis Witoldi facta quitat.

Constantiae, die 16 martii, 1415.

Amedeus etc.,^{a)} quod reuerendus in Christo pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Wilnensis, pro totali solucione sui communis seruicij in quo Camere dicti Collegii sub certis penis ac sententiis ac termino nondum elapso ratione dicte sue ecclesie tenebatur et exitit efficaciter obligatus, XVI florenos auri de Camera, solidos XXXIII et denarios IIII-or monete romane, et pro totali solucione sui minutis seruicii in quo familiaribus et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub eisdem penis etc., XLV solidos similis monete, die date presentium nobis pro ipso Collegio recipientibus per manus honorabilis viri domini Nicolai (Czebulka) Cracouensi diocesis, secretari domini ducis Alexandri alias Wytoldi Magni Ducis Littoanie, tempore debito realiter solui fecit et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Costancie, sub anno a Natuitate Domini M^oCCCC^oXV^o, indictione VIII, die uero XVI mensis marci, pontificatus, ut supra, domini Johannis pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 78': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Wilnensis.

a) miseratione diuina, sacrosante Romane Ecclesie tituli Sanctae Marie Noue diaconus cardinalis de Salucis vulgariter nuncupatus, Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum, sancte Romane Ecclesie cardinalium. Camerarius.

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus Cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Alberto episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

Constantiae, die 28 martii, 1415.

Amedeus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris Alberti episcopi Cracouiensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum illas pecuniarum quantitates, quas pro suis communi et minuto seruitiis Collegio ante dicto ac familiaribus et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso ratione dicte sue ecclesie tenebatur soluere et ad quos est efficaciter obligatus reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa sibi terminum duximus prorogandum. Volumus tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Constancie, anno a Satuitate Domini M^oCCCC^oXV^o, indictione VIII, die uero XXVIII mensis marci, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Johannis, diuina prouidentia, pape XXIII, anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 80-80': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Cracouiensis.

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Albertum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Johannis Butkonis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Constantiae, die 18 aprilis, 1416.

Amedeus de Saluciis etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus episcopus Cracouiensis pro parte partis sui communis et minuti seruiciorum etc., tenebatur et extitit efficaciter obligatus, ducentos florenos auri de Camera per manus venerabilis viri Johannis Buctonis, nobis pro ipso Collegio recipientibus die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic solutis etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte dicti domini episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum etc., verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa, usque ad festum Natiuitatis Domini proxime futurum eidem terminum duximus prorogandum. Volumus tamen quod etc. In quorum testimonium etc. Datum Constantie, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die uero XVIII mensis aprilis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 91': in fine: floren. III, gross. III, in margine dextro: Habuerunt Placentinus et Florentinus, in margine sinistro: Cracouiensis.

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Derslao abbati monasterii in Tyniec terminum facienda solutionis suorum communis et minuti servitiorum prorogat.

Constantiae, die 2 octobris, 1416.

Amedeus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini fratrī Derslai monasterii abbatis Tinclensis ordinis Sancti Benedicti Cracouiensis diocesis, coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum illas etc., auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum Purificationis proximum futurum sibi terminum duximus prorogandum. Ita tamen etc.

Insuper etc. In quorum etc. Datum Constantie, anno a Natuitate Domini M^oCCCC^oXVI^o, indictione IX, die uero II mensis octobris.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 93': *in fine*: floren. III, gross. III, *in margine sinistro*: Tinciensis.

163

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius, Albertum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis sui communis servitii per manus Bartholomei de Bardis mercatoris Florentini facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Constantiae, die 22 decembris, 1416.

Amedeus de Saluciis etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus episcopus Cracouiensis pro parte partis sui communis seruitii, in quo Camere dicti Collegii sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso ratione dicte sue ecclesie tenebatur et extitit efficaciter obligatus, ducentos florenos auri de Camera nobis etc., per manus honorabilis viri Bartholomei de Bardis mercatoris Florentini, solui fecit realiter et cum effectu, nulla soluzione facta de minuto. De quibus sic solutis etc. Verum intellecta mole grauaminum etc., verisimiliter impotentem, auctoritate etc., terminum faciende solutionis huiusmodi a festo Natuitatis Domini proxime futuro usque ad unum annum ex tunc proxime subsecuturum duximus prorogandum. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Constantie, anno et indictione quibus supra^{a)}, die uero XXII mensis decembris.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 94': *in fine*: floren. III, gross. III, *in margine dextro*: habuerunt, Laudensis, Placentinus et Florentinus, quilibet terciam partem. *in margine sinistro*: Cracouiensis.

a) anno Domini, millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona.

164

Amedeus tituli Sanctae Mariae Novae diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Derslao abbatи monasterii in Tyniec terminum facienda solutionis suorum communis et minuti servitiorum prorogat.

Constantiae, die ... februarii, 1417.

Amedeus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte venerabilis in Christo patris domini fratris Derslai abbatis monasterii Tinciensis ordinis Sancti Benedicti Cracouiensis diocesis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum illas etc., verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa, usque ad festum Beati Johannis Baptiste proxime futurum sibi terminum duximus prorogandum. Ita tamen etc. Insuper ipsum etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Constancie, anno a Natuitate Donini M^oCCCC^oXVII, indictione X, die uero... mensis februarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 95': *in fine*: floren. III, gross. III, *in margine dextro*: non soluit nisi duos florenos Renenses promisit tamen soluere residuum in festo Beati Johannis Baptiste, *in margine sinistro*: Tinciensis.

165

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Cameram Regens Alberto episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis suorum servitiorum prorogat.

Constantiae, die 22 decembris, 1417.

Franciscus etc.,^{a)} quod intellecta mole grauaminum pro parte reuendi in Christo patris domini Alberti episcopi Cracouiensis coram nobis exposita, que

ipsum etc., auctoritate nobis in hac parte commissa, usque ad festum Resurrectionis Domini proximum futurum sibi terminum duximus prorogandum. Volumus tamen quod si in dicto sibi etc. In quorum etc. Datum Constancie prouincie Maguntine, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, indicione decima, die uero vicesima secunda mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape quinti, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 100: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Cracouiensis.

a) miseracione diuina, tituli Sancte Crucis in Jhierusalem, sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, de Venetiis vulgariter nuncupatus, Camerarius officii sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Regens, in absencia reuerendissimi patris domini Amedei, Cardinalis Saluciarum, ipsius sacri Collegii Camerarii. Universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam deducimus pro presentes.

166

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Cameram Regens Alberto episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis suorum communis et minuti servitiorum prorogat.

Constantiae, die 20 martii, 1418.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Alberti, Dei gratia, episcopi Cracouiensis coram nobis exposita que ipsum etc., ratione sue vacantie, Camere dicti Collegii etc., auctoritate nobis in hac parte commissa terminum faciende solutionis huiusmodi usque ad diem primam mensis maii duximus prorogandum. In quorum testimonium etc. Datum Constancie, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXVIII^o, indicione VIII, die uero XX mensis marci pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, pape quinti, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 108: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Cracouiensis.

167

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Cameram Albertum episcopum Cracoviensem pro solutione totalis partis communis et minuti servitiorum per manus Joannis Butkonis facta quitat.

Constantiae, die 28 aprilis, 1418

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus, Dei gratia, episcopus Cracouiensis pro totali parte sui communis et minuti servitiorum ratione sue vacantie, de quingentis sexaginta nouem florenis auri de Camera et quadraginta quinque solidis et quatuor denariis monete romane, in quibus Camere prefati Collegii tenebatur, ducentos octuaginta quatuor florenos similes et XLVII solidos et VIII denarios monete predicte, tandem ex ordinatione domini nostri pape sibi remissis, per manus venerabilis viri domini Johannis Buckonis^{a)} realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum, ut supra^{b)}, die uero XXVIII mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina prouidentia, pape quinti, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 188: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Cracoviensis, totum.

a) Butkonis procuratoris sui legaliter constituti solvi fecit
b) ut immediate supra sub N. 166.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Cameram Regens Conradum episcopum Wratislaviensem pro solutione parte partis sui communis servitii per manus Hermanni protonotarii facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Florentiae, die 22 maii, 1419.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis pro parte partis sui communis seruicii in quo etc., florenos auri de Camera quinquaginta nobis pro etc., per manus reuerendi patris domini Hermanni Dwerg sancte Sedis apostolice protonotarii solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius etc., usque ad yemale festum Sancti Martini proxime futurum sibi terminum duximus prorogandum. Volumus tamen etc. Insuper ipsum dominum episcopum a suspensionis, excommunicacionis etc. Secum super irregularitate etc. In quorum etc. Datum Florencie, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimo nono, indictione XII, die uero XXII mensis maii, pontificatus etc., domini Martini pape V-ti, anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 55A f. 128': in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine sinistro: Episcopi Wratislauensis.

XXIII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56.

*Alexandri V, Joannis XXIII, Martini V obligationes,
ab anno 1409 ad annum 1415 (a die 18 iulii ad diem 11 decembris),
ff. 1-178 olim ff. I-CXXX.*

ff. 49 olim f. III: « Hic incipiunt obligaciones communium et minutorum seruiciorum reuerendorum in Christo Patrum dominorum patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et abbatum ac eaurumdem ecclesiarum, commendatariorum et administratorum facte sub reuerendissimis in Christo patribus et dominis Henrico, miseratione diuina, episcopo Sabinensi, Neapolitano et Amedeo eadem miseratione Sancte Marie Noue diacono de Saluciis, vulgariter nuncupatis, sancte Romane Ecclesie cardinalibus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerariis, et ordinate per venerabiles viros dominos, Stephanum de Prato et Johannem Poncetti, dicti sacri Collegii clericos ».

ff. 1-75 Alexandri V,

ff. 75'-174 Joannis XXIII,

ff. 174'-178 Sede vacante,

ff. 176'-178 Martini V.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 27.

Joannes episcopus Pomezaniensis per Henricum procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 1100 et quinque minuta servitia consueta.

Pisis, die 17 augusti, 1409.

Pisis, anno Domini, indictione, pontificatus, loco, presentibus quibus supra^{a)}, die decima septima mensis augusti reverendus in Christo pater dominus Jo-

hannes, Dei gratia, electus in episcopum Pomezaniensem, per venerabilem virum dominum Henricum canonicum dicte ecclesie, decretorum doctorem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi servicio mille et centum florenos auri de Camera et quinque servitia consueta. Solvendo eisdem Camerae et Collegio medietatem tam communis quam quinque minutorum serviciorum infra sex menses proxime futuros a data presentium computandos et reliquam medietatem dictorum communis et quinque minutorum servitiorum, infra alios sex menses ex tunc subsecuturos. Alioquin etc. Juravit etc

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 51-51': in margine dextro: Cardinales XXI, in margine sinistro: Episcopi Pomesaniensis.

a) anno Domini MCCCCVIII, indictione II, pontificatus domini nostri Alexandri pape quinti anno primo in palatio et Camera apostolica, presentibus reverendissimo in Christo patre et domino, domino Francisco archiepiscopo Narbonensi domini nostri pape Camerario et reverendo in Christo patre domino Lodovico, dei gratia, episcopo Vulterrano eiusdem domini nostri pape Thesaurario ac venerabilibus viris dominis Angelo de Ballionibus et Donadeo de Narina ac Stephano de Prato et aliis Camere apostolice et sacri Collegii clericis.

170

Paulus "abbas" monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses personaliter promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio 100 florenos auri de Camera et quinque minuta servitia consueta. Pisis, die 2 septembbris, 1409.

Pisis, anno Domini, indictione, pontificatus, loco et presentibus quibus supra^{a)}, die secunda mensis septembbris, venerabilis pater frater Paulus abbas monasterii Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses, ordinis Premonstratensis personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio centum florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo eisdem Camere et Collegio terciam partem dictorum communis et quinque minutorum seruiciorum ante bullarum sue prouisionis restitucionem et reliquas duas partes communis et minutorum seruiciorum huiusmodi in festo Natuitatis Beati Johannis Baptiste proxime futuro. Alioquin etc. Juravit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 53: in margine dextro: Cardinales XXII, in margine sinistro: Abatti monasterii Sancti Vincencii extra muros Wratislauensis.

a) ut immediate supra.

171

Magnus episcopus Caminensis per Hermannum procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 2000 et quinque minuta servitia consueta, itemque recognovit pro similibus Nicolai, Joannis et alterius Joannis predecessorum suorum. Bononiae, die 16 iulii, 1410.

Bononiae, anno, indictione, mense et pontificatus predictis^{a)}, die XVI mensis julii, reuerendus in Christo pater dominus Magnus, Dei gratia, electus Caminen-sis, per reuerendum patrem dominum Hermanum Dwerg domini nostri pape prothonotarium procuratorem suum promisit Camere et Collegio pro suo communi servicio duo milia florenos auri de Camera et quinque minuta seruicia consueta. Item recognovit Collegio tantum pro communi seruicio domini Nicolai predecessoris sui octingentos quinquaginta unum florenos auri de Camera, solidos triginta nouem et denarios quinque monete romane et unum minutum seruicium consuetum pro rata. Item recognovit Collegio tantum pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui mille florenos auri de Camera et unum integrum minutum seruicium consuetum. Item recognovit Collegio tantum pro communi seruicio alterius domini Johannis, pre-ante-predecessoris sui, mille flo-

renos auri de Camera et unum integrum minutum seruicium consuetum. Soluendo eisdem Camere et Collegio medietatem dictorum communis et quinque minutorum seruiciorum in festo Omnim Sanctorum proxime futuro et reliquam medietatem in festo Ressurexionis Domini nostri Jhesu Christi ex tunc proxime secuturo, et recognita in similibus terminis annis reuolutis. Alioquin etc. Ju- rauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 78': in margine dextro: Cardinales XX, Cardinales X, Cardinales XVI, Cardinales XVI, in margine sinistro: Episcopi Caminensis.

a) anno Domini millesimo quadrageentesimo decimo, indictione tercia, mense julii et pontificatus domini nostri Johannis pape XXIII, anno primo.

172

Nicolaus abbas monasterii in Tyniec per Adoardum Cipriani de Tornaquintiis de Florentia promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 266 et 2/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae,] die 21 ianuarii, [1411.]*

Die vicesima prima januarii, prouidus vir Adoardus Cipriani de Tornaquitis de Florencia procurator domini Nicolai abbatis monasterii Thuncensis ordinis sancti Benedicti Cracauiensis diocesis pro communi seruicio dicti abbatis, promisit Camere et Collegio ducentum et sexaginta sex florenos auri de Camera et duos tercios floreni et quinque seruicia consueta et recognouit in forma et ipsorum communis et quinque minutorum seruiciorum medietatem in festo Natuitatis Johannis Baptiste proxime futuro et restantem medietatem in festo Natuitatis Domini nostri Jhesu Christi eciam proxime sequente soluere promisit et recognita in alio festo Natuitatis Domini anno reuoluto soluere promisit. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 88': in margine sinistro: Thuncensis.

173

Nicolaus electus in archiepiscopum Haliciensem per procuratorem suum promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 66 et 2/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae,] die 24 ianuarii, [1411.]*

Die vicesima quarta mensis januarii, honorabilis vir dominus Adaon de Barakow canonicus Gneznensis procurator reuerendi patris domini Nicolai electi in archiepiscopum Haliciensem, promisit Camere apostolice et Collegio pro communi seruicio dicti electi sexaginta sex florenos auri de Camera et duas tercias partes similis floreni et quinque minuta seruicia consueta et recognita in forma. Medietatem autem dictorum communis et quinque minutorum seruiciorum consuetorum soluere promisit infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses tunc secuturos et recognita in similibus terminis post lapsum dictorum duodecim mensium soluere promisit. Alioquin etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 89-89': in margine sinistro: Haliciensis.

174

Albertus episcopus Cracoviensis per Petrum Bolesta et Joannem Butkonis procuratores suos promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 3000 et quinque servitia consueta.

[*Bononiae,] die 26 augusti, [1412.]*

Die XXVI augusti, venerabiles viri domini, Petrus Boleste prepositus Lan- ciciensis et canonicus Cracouensis et Johannes Butkonis canonicus Poznaniensis procuratores et procuratorio nomine reuerendi patris domini Alberti episcopi

Cracouiensis, promiserunt Camere et Collegio pro communi seruicio dicti domini episcopi tria milia florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouerunt si et in quantum. Soluendo medietatem promissi in festo Resurreccionalis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro et reliquam medietatem in festo Sancti Johannis Baptiste. Item renunciauerunt in forma et iurauerunt, promiserunt producere mandatum infra sex menses. De mandato domini Thesaurarii prorogatus fuit domino episcopo predicto primus terminus usque ad festum Pasche.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 115': in margine dextro: Cardinales, sine numero, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

175

Petrus episcopus Poznaniensis per eosdem, ut immediate supra, procuratores promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae, die 26 augusti, [1412.]*

Eadem die dicti procuratores obligauerunt se, ut supra ^{a)}, pro reuerendo domino Petro episcopo Poznaniensi pro quadringentis florenis et quinque minutis seruiciis, ut supra ^{a)}. Presentibus dominis, Thesaurario, Angelo de Balionibus, P(etro) Caratzolo etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 115': in margine dextro: Cardinales XIX, in margine sinistro: Poznaniensis episcopus.

a) *ut immediate supra.*

176

Christianus Koband, "abbas" monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses, promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 100 et quinque servitia consueta.

[*Bononiae, die 20 ianuarii, [1413.]*

Die XX januarii, venerabilis in Christo pater dominus frater Cristianus Coband abbas monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislauenses ordinis Premonstratensis promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio centum florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit si et in quantum. Soluendo medietatem promissi in festo Assumptionis Beate Marie Virginis et reliquam medietatem in festo Resurrexionis Domini ex tunc proxime secuturo, et recognita in similibus terminis anno reuoluto. Jurauit etc. Renunciavit in forma etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 128: in margine dextro: Cardinales XXI, in margine sinistro: Monasterium Sancti Vincencii extra muros Wratislauiensis.

177

Joannes electus Haliciensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 66, «uel illud plus uel minus», et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae, die 23 [mai], 1414.]*

Die vigesima tercia mensis supradicti, discretus vir dominus Paulus Andree de Usizky tamquam principalis et priuata persona nomine Johannis electi Haliciensis nunc uero Leopoliensis obtulit Camere et Collegio pro communi seruicio debito florenos auri de Camera sexaginta sex uel illud plus uel minus ad quod ecclesia ipsa taxabitur iuxta informationem de partibus reportandam et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri. Et recognouit pro familiaribus et officiariis si et in quantum. Soluendo eorumdem

minutorum et communis seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos. Et recognita in similibus terminis anno reuoluto. Jurauit, summisit et obligauit et promisit producere mandatum ratum sufficiens infra sex menses proxime futuros a die presentis obligationis in antea computandos. Et dominus Lausanensis tulit sententias. Actum Bononie in Thesauraria Camere apostolice, presentibus episcopo Senensi et F(rancisco) de Pizolpasso.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 158: in margine dextro: LXVI, in margine sinistro: Episcopus Halliciensis.

178

Derslaus Nicolai de Zalas abbas monasterii in Tyniec per Jacobum de Palavicino procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 266, solidos 33, denarios 4 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae,] die 15 iunii, [1414.]*

Die XV-a mensis junii, Jacobus de Palavicino ciuis Mediolanensis, laureatus, procurator procuratorio nomine, venerabilis viri domini fratri Derslai Nicolai de Zalas abbatis monasterii Thraciensis ordinis Sancti Benedicti, Cracouensis diocesis, prout de sue prourationis mandato, quodam publico, per Petrum Johannis de Prossouicze, clericum Cracouensis diocesis publicum auctoritate imperiali notarium, sub die octaua mensis octobris proxime elapso, in notitiam recepto constabat documento, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum Cardinalium pro communi seruicio ducentos sexaginta sex florenos auri de Camera, solidos XXXIII, denarios IIII et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis dicti domini nostri. Item recognouit pro familiaribus et officiariis dicti domini nostri si et in quantum. Soluendo medietatem promissi hinc ad festum Sancti Martini proxime futurum et reliquam medietatem in festo Resurrectionis Dominice ex tunc proxime secuturo, et recognita in similibus terminis anno reuoluto. Jurauit, summisit, obligauit, renunciauit in forma et dominus mensarius Lausanensis tulit sententias in forma. Presentibus dominis, Thesaurario, Vulnerano, Augustensi, Donadeo et multis aliis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 159: in margine dextro: II-C-LXVI, in margine sinistro: Monasterium Thraciense.

179

Henricus episcopus Sambiensis obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 800 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae, die 14 [iulii, 1414.]*

Die XIIIII mensis predicti reuerendus in Christo pater dominus Henricus electus Zambiensis, obtulit Camerae et Collegio pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera octingentos ad quos ipsa ecclesia taxatur, et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri. Item recognouit in forma pro familiaribus et Collegio. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros, et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos, et recognita in similibus terminis anno reuoluto, soluere promisit, jurauit, submisit, obligauit, renunciauit, ut in forma. Et dominus Thesaurarius tulit sentencias, Bononie die qua supra, in domo domini Thesaurarii, presentibus venerabilibus et discretis viris dominis, Nicolao de Wolauia, dicte Camere clero, et Philippo de Albertaciis de Florencia, testibus, et me L(udolpho) Robrnig.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 161: in margine dextro VIII-C, in margine sinistro: Zambiensis.

Petrus electus Vilnensis per Nicolaum Cebulka secretarium Magni Ducis Witoldi procuratorem suum obligavit se Cameræ pro suo communi servitio florenos 33 et ½ et quinque minuta servitia consueta.

Constantiae, [die 15 martii, 1415.]

Die veneris eadem Nicholaus Czebulka canonicus Sandomiriensis, Cracouien-sis diocesis, magnifici domini Alexandri alias Winttoldi magnifici ducis Litwanie secretarius, tamquam principalis et priuata persona nomine domini Petri electi Wilnensis in Lithwania ratione ecclesie Wilnensis, obtulit Camere apostolice pro communi seruicio debito, florenos Camere XXXIII et tertium ad quos ipsa ecclesia hodie et nouiter est taxata et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri et dicti Collegii. Item recognouit pro familiaribus et officiariis predictis. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime futuros et recognita in similibus terminis anno reuoluto soluere promisit, jurauit, renunciauit, submisit et se obligauit, et dominus Morinensis, ut supra^{a)}, tulit sentencias. Actum et presentibus ut in obligacione tercia precedenti^{b)} et promisit producere mandatum ratificationis infra unum annum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 56 f. 172'-173: in margine dextro: Cardinales XVIII, taxa XXXIII et tertium, in margine sinistro: Electus Wilnensis.

a) Morinensis, Vicecamerarius ex commissione domini Francisci, archiepiscopi Narbonensis, Camerarii.

b) Actum Constantie, in Thesauraria, presentibus reuerendo patre domino Gentili Neoca-strensi episcopo, et venerabilibus viris dominis Angelo de Ballionibus auditori Camere, et Jacobo de Caluis, apostolice Camere clericis et me Ludolpho Robrnig.

XXIV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57.*

*Bonifacii IX, Innocentii VII, Gregorii XII obligationes,
ab anno 1400 ad annum 1407 (a die 24 novembris ad 25 augusti),
ff. 1-180 olim f. I-CXXVIII.*

f. 44 explicatur certa formula Cameræ: «*Nota quod quandoquidem termini dantur obligantibus se Camere apostolice et Collegio cardinalium pro communibus et minutis seruiciis prelatorum et pro recognitis eorum predecessorum, et utitur ipsis verbis videlicet: 'Et recognita in similibus modis et terminis annis reuolutis'. Intelligitur quod anno qualibet ipse promotus prelatus solutis suis primo propriis communibus et minutis seruiciis Camere et Collegio, soluat unum integrum recognitum, videlicet totam taxam ecclesie seu monasterii et quinque integra minuta seruicia eciam si unum ex recognitis, si plura habet recognita, non ascendet ad ipsam taxam et tunc id quod plus solueret usque ad taxam ecclesie seu monasterii ultra ipsam ascendat unum recognitum, recipi debet in parte solucionis communis et minutis, alterius recogniti remanentis».*

f. 45 olim f. I: «*Hic incipit liber obligacionum Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium, communium et minutorum seruiciorum prelatorum, de anno duodecimo sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, diuina prouidencia pape noni, factus sub reuerendissimo in Christo patre et domino, domino Henrico miseratione diuina tituli Sancte Anastasie, eiusdem sancte Romane Ecclesie presbytero cardinali, Neapolitano vulgariter nuncupato, et dicti sacri Collegii cardinalium Camerario, per me Stephanum de Prato, prefati sacri Collegii clericum, sub anno Domini millesimo quadragesimo, indiccione VIII-a.*

Indices, tituli marginales.

ff. 1-118' Bonifacii IX,

ff. 119-157' Innocentii VII,

ff. 158'-180 Gregorii XII.

Cfr. ABRAHAM p. 27.

Henricus electus in episcopum Warmiensem per Fridericum Rothardi procuratorem suum promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitis consueta.

Romae, die 1 aprilis, 1401.

Anno, pontificatus, loco, indictione predictis^{a)}, die prima mensis aprilis, reverendus pater dominus Henricus electus in episcopum Warmiensem per venerabilem virum dominum Fridericum Rothardi in Romana Curia procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio quadringentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum a festo Resurreccionis Christi proxime futuro usque ad annum ex tunc proxime secuturo. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57 f. 56: in margine dextro: Cardinales VIII, in margine sinistro: Episcopus Warmiensis.

a) anno Domini millesimo quadringentesimo primo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, diuina prouidentia pape noni, anno XII, Rome, indictione VIII.

Joannes episcopus Wladislaviensis personaliter promisit Camere apostolicae et Collegio pro suo communi servitio florenos 1000 et quinque minuta servitia consueta itemque recognovit pro similibus Nicolai praedecessoris sui.

Romae, die 27 ianuarii, 1402.

Anno, pontificatus, loco et indictione predictis^{a)}, die XXVII-ma mensis januarii, reuerendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislaviensis, personaliter promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio mille florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Nicolai predecessoris sui tantumdem et quinque seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum et aliam medietatem usque ad festum Resurreccionis Christi ex tunc proxime secuturum, et recognita in similibus terminis annis reuolutis. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57 f. 73: in margine dextro: Cardinales IX, Cardinales X, in margine sinistro: Episcopi Vladislaviensis.

a) anno Domini MCCCC^oII^o, pontificatus... Bonifacii... IX anno XIII, Rome, indiccione X.

Arnoldus electus in episcopum Culmensem per Joannem de Campis procuratorem suum promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 700 et quinque minuta servitia consueta itemque recognovit pro similibus Joannis et Nicolai praedecessorum suorum.

Romae, die 29 iulii, 1402.

Anno, pontificatus, indictione predictis^{a)} die XXIX mensis julii, reuerendus in Christo pater dominus Arnoldus electus in episcopum Culmensem ordinis Sancte Theutonicorum, per religiosum virum dominum fratrem Johannem de Campis generalem procuratorem dicti ordinis et ipsius domini electi ad hoc legitime constitutum promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio septingentos florenos auri de Camera et quinque minuta seruicia consueta. Item recognouit Camere et Collegio pro communi seruicio domini Johannis predecessoris sui sexcentos viginti quinque similes florenos et quinque seruicia consueta. Item recognouit Collegio tantum pro communi seruicio domini Nicolai predecessoris

sui nonaginta sex similes florenos, solidos quadraginta quinque et denarios octo monete romane. Item recognouit Camere et Collegio pro residuo quinque minutorum seruiciorum dicti domini Nicolai triginta unum florenos auri de Camera, solidos duodecim et denarios sex monete predice. Soluendo medietatem promissi usque ad festum Resurreccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futurum et aliam medietatem usque ad festum Nativitatis Christi ex tunc proxime secuturum et recognita in similibus terminis annis reuolutis. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57 f. 82: in margine dextro: Cardinales XI, Cardinales X, Cardinales XVI, Cardinales XVI, in margine sinistro: Episcopi Culmensis.

a) *ut immediate supra.*

184

Nicolaus archiepiscopus Gneznensis per Nicolaum et Joannem Alberti procuratores suos promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 200 et quinque minuta servitia.

[*Romae,] die 27 octobris, 1402.*

Anno, pontificatus, et indictione predictis^{a)}, die XXVII mensis octobris, reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus, Dei gratia, archiepiscopus Gneznensis, per venerabilem virum dominum Nicolaum canonicum Cremonensem, et Joannem Alberti clericum Gneznensem obligantes se, tamquam principales et priuatas personas, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio ducentos florenos auri de Camera et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum. Alioquin etc. Jurauit etc. Anno, pontificatus et indictione predictis, retulit et mandauit reuerendissimus dominus Conradus Camerarius domini nostri pape, de mandato ipsius domini nostri pape, quod dictus dominus noster taxauit dictam ecclesiam Gneznensem ad duo milia florenos auri de Camera et quod ex nunc in antea scribatur taxa in obligacionibus de duobus milibus florenorum, precedentibus obligacionibus remanentibus ut supra scribitur.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57 f. 87'-88: in margine dextro: Cardinales IX, in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

a) anno MCCCC secundo, pontificatus... Bonifacii... IX anno XIII^o, indictione X^a.

185

Joannes abbas monasterii Sanctae Mariae de Claratumba per procuratorem suum promisit Camerae apostolicae et Collegio pro suo communi servitio 108 1/3 florenos et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae,] die 18 februarii, 1405.*

Anno, pontificatus, indictione predictis^{a)}, die XVIII-a mensis februario vene- rabilis pater frater Johannes abbas monasterii Sancte Marie de Claratumba ordinis Cisterciensis Cracouiensis diocesis, per venerabilem virum magistrum Ruthgerum Balhorn licenciatum in decretis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio centum et octo florenos auri de Camera et eciam partem similis floreni et quinque seruicia consueta. Soluendo totum promissum usque ad festum Resurreccionis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro. Alioquin etc. Jurauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 57 f. 124: in margine dextro: Cardinales VI, in margine sinistro: Abbatii monasterii Sancte Marie de Claratumba.

a) anno Domini MoCCCCoVo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, diuina prouidentia, pape VII, anno Io, indictione XIII.

Martini V obligationes,

*ab anno 1418 ad annum 1422 (a die 7 ianuarii ad 2 aprilis),
ff. 1-232 olim f. I-CLXXXVI et 187-194.*

f. 35 olim f. I: « Sequuntur obligaciones prelatorum tempore Martini V pape.

Die septima mensis januarii, anni Domini millesimi quadragesimi decimi octaui, indictione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, diuina prouidencia, pape quinti, anno eius primo, reuerendo patre domino Ludouico Alamandi custode Lugdunensi, in Camerariatus officio, in absencia reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Francisci, miseratione diuina archiepiscopi Narbonensis, domini pape Camerarii, Locumtenente, una cum reuerendo patre domino Henrico, Dei gratia, episcopo Feltrensi, domini nostri predicti Thesaurario, ac clericis et officialibus dicte Camere, in Thesauraria predicte Camere presidente.”

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 27.

186

Conradus electus confirmatus Wratislaviensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 4000 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

Constantiae, die 18 ianuarii, 1418.

Die martis XVIII mensis januarii, venerabilis vir dominus Johannes Strzelni propositus ecclesie Wratislauiensis procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Conradi electi confirmati Wratislauiensis, prout constabat quadam publico instrumento per manus Johannis Herseber clerici Paderburnensis dioecesis publici imperiali auctoritate notarii, die uero quinta decima mensis septembris, anno Domini MCCCCXVI, obtulit Camere et Collegio reuerendissimorum in Christo patrum dominorum cardinalium pro communi seruicio debito florenos quatuor milia et unum tertium et quinque minuta seruitia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri pape. Item recognouit pro predecessoribus illa debita que forte reperiuntur in libris etc. in forma. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem in festo Purificacionis ex tunc proxime futuro soluere promisit et recognoscit in similibus terminis anno reuoluto. Jurauit, renunciavit, submisit et se obligauit in forma. Et dominus Locumtenens prefatus^{a)} tulit sententias in scriptis. Actum in loco quo supra^{b)} presentibus reuerendo in Christo patre domino Henrico episcopo Feltrensi, domini nostri pape Thesaurario, Nicolao de Urbanetici, Paulo de Sulmona, Bartholomeo de Llante de Pisis, dicte Camere et Johanne de Reate dicti Collegii clericis et aliis quam plurimis fide dignis et Jo(hanne) Cordurerii et me L(udolpho) Robrniig notario dicte Camere.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 58 f. 37: in margine dextro: Cardinales XXII, soluit, IIII-M et 1 tertium, in margine sinistro: Electi Wratislauiensis.

^{a)} *Ludouicus Alamandus Custos Lugdonensis, in Camerariatus officio, in absentia reuerendissimi... Francisci... archiepiscopi Narbonensis domini pape Camerarii, Locumtenens.*

^{b)} *Constantie, in Thesauraria Camereae.*

187

Nicolaus Petri abbas monasterii Sanctae Mariae in Lubin personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 90 et quinque minuta servitia consueta.

Florentiae, die 8 septembries, [1419.]

Eadem die XVIII septembris venerabilis in Christo pater dominus Nicolaus Petri abbas monasterii Sancte Marie in Lubin, Poznaniensis diocesis, personaliter obtulit Camere et Collegio etc., pro communi seruicio debito ratione prouidit.

sionis sibi facte de abbacia predicta, florenos auri de Camera nonaginta, ad quos dictum monasterium taxatum reperitur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et Collegii predictorum. Item recognouit pro Collegio etc. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem ad alios sex menses ex inde immediate subsequentes. Submisit, jurauit, renunciauit et se obligauit in forma. Et reuerendissimus dominus Vicecamerarius tulit sententias in scriptis. Actum ubi supra^{a)} et presentibus eisdem testibus^{b)} et me Ascolsino notario etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 58 f. 115': in margine dextro: LXXXX, totum soluit, in margine sinistro: Abbati Beate Marie in Lubin Poznaniensis diocesis.

a) Florentia, in Thesauraria apostolica.

b) presentibus ibidem venerabilibus viris domini; Jacobo de Caluis de Latinis, Gerardo Brie, Guillelmo de Latinis Camere apostolice clericis et pluribus aliis fide dignis.

188

Janussius electus Premisiensis per Jacobum de Parvasino obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 150 vel illud plus secundum quod ipsa ecclesia taxabitur iuxta informationem desuper recipiendam et quinque minuta servitia consueta.

Florentiae, [die 7 septembbris, 1420.]

Eadem die, Jacobus de Paruasino de Mediolano, ambaxiador regis Poloniae, procurator et procuratorio nomine Johannitii electi Premisiensis prout de sue procuracionis mandato quodam publico, per discretum virum Duglai de Jaskalbo clericum Gneznensis diocesis, die sexta mensis junii proxime lapsi desuper confecto, constabat instrumento, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum in Christo patrum dominorum, sancte Romane Ecclesie cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera centum quinquaginta, uel illud plus secundum quod ipsa ecclesia taxata inuenitur, uel illud ad quod taxabitur iuxta informacionem desuper recipiendam, et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra octo menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit et renunciauit in forma, et dominus Vicecamerarius tulit sententias in forma. Actum in Florentia, in domo prefati Vicecamerarii presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Guillelmo de Latinis apostolice Camere clericis et Raphaele de Bossis litterarum apostolicarum scriptore teste et me L(udolpho) Robrnig.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 58 f. 160': in margine dextro: Cardinales XV, CL, soluit XXVIII, VII januarii anno (MCCCC) XXI, transierunt ambo termini, de residuo, in margine sinistro: Episcopi Premisiensis.

189

Joannes episcopus Lubucensis per procuratorem suum promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 350 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, [die 27 martii, 1421.]

Eadem die reuerendus in Christo pater dominus Johannes Dei gratia episcopus Lubucensis, per venerabilem virum dominum Johannem de Waldaw, archidiaconum ecclesie Lubucensis, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, prout constat ex instrumento publico magistri Johannis Kemench notarii publici, publicato die tercia decima mensis februarii proxime lapsi, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio trecentos quinquaginta florenos auri de Camera ad quos ecclesia ipsa taxatur et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi hinc ad sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate secuturos. Submisit se etc., obligauit etc., renunciauit etc., et jurauit in forma, et reuerendis-

simus dominus Vicecamerarius tulit sentencias in scriptis. Actum Rome in Camera dicti domini Vicecamerarii, presentibus ibidem quibus proxime supra ^{a)} jam dicto Lughardo notario, promisit ratificare seu ratificari facere presentem obligacionem hinc ad octo dies propter ferias.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 58 f. 183: in margine dextro: soluit, III-C-L, soluit L et minutum, residuum debet soluere in festo Sancti Michaelis anno XXII, in margine sinistro: Episcopi Lubucensis, et litterae de.

a) Simone de Nouaria, Bartholomeo de Lilante et Benedicto de Perusio clericis.

190

Joannes Albrici electus Wladislaviensis per Stanislaum Chedbe procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 1000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 30 octobris, [1421.]

Die XXX-a mensis octobris, venerabilis vir dominus Stanislaus Chedbe canonicus Wladislauensis, procurator et procuratorio nomine reuerendi in Christo patris domini Johannis Albrici electi Wladislauensis in Polonia, prout de sue procuracionis mandato constat quodam publico instrumento, per magistros Paulum Andree de Biczki clericum Gneznensis diocesis et Albertum Othira quondam Martini de Lutouice clericum Poznaniensis diocesis, publicos auctoritate imperiali notarios, signato, recepto et subscripto sub die XXVI-a aprilis proxime preteriti, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio florenos auri de Camera mille, ad quos ipsa ecclesia taxatur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra octo menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios octo menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, eciam tamquam principalis et priuata persona se submisit, juravit, obligauit et renunciavuit etc., et dominus tulit sentencias in forma et dictus procurator promisit sub eisdem sentenciis, quia procuratorum huiusmodi non est sufficiens, producere aliud mandatum ratificacionis infra primum terminum. Actum Rome infra portale Sancte Marie Maioris, presentibus dominis, A(ntonio) episcopo Senensi Thesaurario, Gerardo Fay(re)diti, Camere apostolice clero, Gerardo de Pisis et me Johanne Comitis dicte Camere notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 58 f. 204: in margine dextro: Cardinales XII, soluit, M, prima julii pro prima soluit, in margine sinistro: Episcopi Wladislauensis, et litterae: de.

XXVI Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59.

*Bonifatii IX et Innocentii VII solutiones,
ab anno 1389 ad annum 1406 (a die 9 novembbris ad diem 4 novembbris),
ff. 1-198 olim f. I-CLXXXIX.*

f. 20 olim f. I: « Incipit registrum litterarum quintpcionum Collegii de solucionibus factis dicto Collegio communium et minutorum seruiciorum per patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, inceptum anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indiccione duodecima, die nona mensis nouembbris, coronacionis sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia, pape noni, anno primo, sub reuerendissimo in Christo patre domino, domino Francisco, miseratione diuina, tituli Sancti Eustachii diacono cardinali, sacri Collegii dominorum cardinalium Camerario ».

ff. 1-175 Bonifatii IX,

ff. 176-198 Innocentii VII.

Indices, tituli marginales.

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Henricum episcopum Sambiensem pro solutione complementi suorum communis et unius minutus servitiorum per manus Andreea Lewin facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 3 decembris, 1389.

Franciscus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, episcopus Sambiensis, pro complemento sui communis seruicii etc. octoaginta tres florenos auri de Camera, solidos quatuordicim, et denarios septem monete romane, et pro complemento unius minutus servitiorum per manus honorabilis viri domini Andree de Leuin, cappellani Sancti Georgii, extra muros de Donczs, ...uiensis^{b)} diocesis, die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Ipsumque etc. Secum etc. Verum etc., pro suo communi et uno minuto seruiciis, et pro suis recognitis, usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futuro prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra^{c)}, sub anno Domini, M^oCCC^oLXXXVIII^o, indictione XII-a, die tercia mensis decembris, pontificatus ut supra^{c)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 22: in fine: floren. IIII-or, gross. IIII-or, in margine dextro: Episcopi Sambiensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 79 p. 68.

a) miseratione diuina, tituli Sancti Eustachii, sancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum, sancte Romane Ecclesie cardinalium, Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes,

b) Gedanum, Wladislaviensis?

c) Rome apud S. Petrum... sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii

Franciscus tituli Sancti Eustachii diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislaviensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Nicolai Gliwicz facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 ianuarii, 1390.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus, Dei gratia, episcopus Wratislauiensis pro parte partis sui communis seruicii etc., octuaginta sex florenos auri de Camera, solidos quadraginta unum, denarios X et obulum monete romane, et pro parte partis unius minutus seruicii etc., quinque similes florenos, solidos XIII et denarios tres dicte monete nobis etc., per manus honorabilis magistri Nicolai Gliwits apostolicarum litterarum scriptoris, tempore debito solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Purificacionis Beate Marie Virginis proxime futuro usque ad annum ex tunc secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra^{a)} sub anno M^oCCC^oLXXXX^o, indictione XIII-ma, die vicesima mensis januarii, pontificatus ut supra.^{b)}

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 23: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: Episcopi Wratislauiensis.

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 91 p. 81, in extenso; KROFTA vol. V nr. 298 p. 167, in excerpto.

a) datum Rome, apud Sanctum Petrum.

b) pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidencia, pape noni, anno primo.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro solutione complementi communis et unius minutus servitiorum per manus procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis pro servitiis praedecessoris sui Wenceslai prorogat.

Romae, die 12 decembris, 1390.

Henricus etc.,^{a)} quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes, episcopus Lubicensis, pro complemento sui communis seruicij etc., triginta sex florenos auri de Camera, solidos quadraginta quinque monete romane et pro complemento unius minutus seruicij etc., unum similem florenum, solidos triginta octo, denarios duos dicte monete nobis, per manus venerabilis viri Thome Nicolai de Paulow clerici Wratislauiensis diocesis solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. Terminum faciende solutionis dictorum seruiciorum, videlicet per reuerendum patrem dominum Wenceslaum predecessorum suum promissorum et non solutorum ac per ipsum dominum Johannem recognitorum, usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. Datum ut supra^{c)} die XII mensis decembris, pontificatus ut supra,^{d)} anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 31': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Lubicensis.^{b)}

Cfr. DŁUGOPOLSKI nr. 162 p. 151 et KROFTA vol. V nr. 419 p. 230, in excerpto.

a) tituli Sancte Anastasie presbyter cardinalis, Neapolitanus vulgariter nuncupatus... Collegii cardinalium... Camerarius.

b) Rome, apud Sanctum Petrum.

c) pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, diuina prouidentia, pape noni.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Henricum episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum, per manus Nicolai Gliwicz facta, quitat.

Romae, die 18 maii, [1391.]

Henricus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Henricus, Dei gratia, episcopus Wladislauiensis pro parte partis sui communis seruicij etc., octuaginta tres florenos auri de Camera, solidos sedecim, denarios octo et pro parte partis unius minutus seruicij etc., sex similes florenos, solidos triginta tres, denarios quatuor monete romane, nobis per manus venerabilis viri Nicolai Gliwitz litterarum apostolicarum scriptoris solui fecit etc. De quibus etc. Ipsumque etc. Secum etc. In quorum etc. Datum ut supra,^{a)} indictione XIII, die decima octaua mensis maii, pontificatus ut supra,^{b)} anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 39': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Wladislauiensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 527 p. 296.

a) Rome apud Sanctum Petrum.

b) ...Bonifacii IX, anno II^o.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum, per manus Nicolai Gliwicz facta quitat.

Romae, die 23 aprilis, [1391.]

Henricus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus, Dei gratia, episcopus Wratislauiensis pro parte partis sui communis seruicij etc., vi-

ginti unum florenos auri de Camera, solidos triginta quinque et denarios septem monete romane, et pro parte partis sui unius minuti seruicii etc., unum similem florenum, solidos quindecim, denarios nouem et obulum dicte monete, nobis per manus venerabilis viri Nicolai Gliwitz litterarum apostolicarum scriptoris, die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Ipsum etc. Secum etc. In quorum etc. Datum ut supra,^{a)} indictione XIII, die vicesima tercia mensis aprilis, pontificatus anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 39': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopi Wratislauiensis.

a) Rome apud Sanctum Petrum.

196

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Wratislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum per manus Joannis de Medicis mercatoris facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 13 augusti, 1391.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 171: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopi Gneznensis.

a) Rome apud Sanctum Petrum.
b) pontificatus ...Bonifacii... noni...

240

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum Nicolai predecessoris sui per manus Nicolai Shonkremer procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 23 iunii, [1404.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauensis pro parte partis communis seruicli domini Nicolai predecessoris sui etc., triginta sex florenos auri de Camera solidos quinque denarios septem et obulum nobis et pro parte partis unius minuti seruicli dicti domini Nicolai predecessoris sui etc., quinque similes florenos, solidos viginti septem et denarios nouem per manus venerabilis viri domini Nicolai Johannis Shonkremer canonici Glogouiensis, Wladislauensis^{a)} diocesis solui fecit etc. De quibus etc. Ipsum etc. Secum etc. Verum etc. terminum etc., usque ad festum Pentecostes proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra^{b)}, die **XXIIII** mensis junii, pontificatus ut supra^{c)} anno **XV^o**.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 172: in margine dextro: Episcopi Wladislauensis.

Cfr. KROFTA vol. V nr. 2216 p. 1298.

a) Wratislauensis.
b) c) ut immediate supra.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Albertum episcopum Poznaniensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 13 augusti, [1404.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Albertus episcopus Poznaniensis pro parte partis sui communis seruicii etc., viginti quinque florenos auri de Camera nobis, et pro parte partis unius eciam sui minutus seruicii etc., quinque similes florenos, per manus venerabilis viri domini Rutheri Balhorn in Romana Curia procuratoris solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Assumptionis Beate Marie Virginis ad annum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra^{a)} die XIII mensis augusti, pontificatus ut supra^{a)} anno XV^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 173': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Poznaniensis.

a) *ut supra*, N. 239.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Petrum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Blasii Stephani procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 28 septembris, [1404.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Petrus episcopus Cracouiensis pro parte partis sui communis seruicii etc., nonaginta quatuor florenos auri de Camera, solidos quinque, denarios decem et obulum nobis, et pro parte partis unius eciam sui minutus seruicii etc., quinque similes florenos, solidos quadraginta quatuor, denarium unum et obulum, per manus venerabilis viri domini Blasii Stephani canonici dicte ecclesie solui fecit etc. De quibus etc. Ipsum etc. Secum etc. Verum etc. terminum etc., usque ad festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra^{a)} die XXVIII mensis septembris, pontificatus ut supra^{a)} anno XV^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 175': in fine: floren. IIII-or, gross. IIII-or, in margine sinistro: Episcopi Cracouiensis.

a) *ut supra*, N. 239.

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius, Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Nicolai Sconeborii procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 27 ianuarii, 1405.

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauiensis pro parte partis sui communis seruicii etc., quinquaginta florenos auri de Camera, solidos sexdecim et denarios octo nobis, et pro parte partis unius eciam sui minutus seruicii etc., sex similes florenos, solidos triginta tres et denarios quatuor per manus venerabilis viri Nicolai Sconeborii clerici Wratislauensis diocesis tempore debito solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Pentecostes proxime futuro usque ad annum ex tunc proxime

secuturum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)} die XXVII mensis januarii, pontificatus ut supra ^{b)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 179: *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine dextro*: Episcopi Wladislauiensis.

a) Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sub anno Domini MCCCCV, indictione XIII.
b) sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii, diuina prouidentia, pape septimi, anno primo.

244

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Arnoldum episcopum Culmensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum Joannis praedecessoris sui per manus Petri procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 iunii, 1405.

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Arnoldus, Dei gratia, episcopus Culmensis pro parte partis communis seruicii domini Johannis predecessoris sui etc., sexaginta tres florenos auri de Camera nobis, et pro parte partis unius eciam minuti seruicii dicti domini Johannis predecessoris sui etc., septem similes florenos, die date presencium tempore debito per manus venerabilis et religiosi viri fratris Petri procuratoris generalis ordinis Beate Marie Theutonicorum solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Sancti Johannis Baptiste ad annum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)} die XX-ma mensis junii, pontificatus ut supra ^{b)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 184: *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine dextro*: Episcopi Culmensis.

a) b) *ut immediate supra.*

245

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Petrum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Nicolai de Wolavia procuratoris sui facta quitat, eique terminum facienda solutionis prorogat.

Romae, die 22 iunii, [1405.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Petrus, Dei gratia, episcopus Cracouiensis pro parte partis sui communis seruicii etc., sexaginta quinque florenos auri de Camera, solidos quadraginta quatuor, denarium unum et obulum nobis, et pro parte partis unius eciam sui minuti seruicii etc., quatuor similes florenos, solidos quinque, denarios decem et obulum, die date presencium, tempore debito, per manus venerabilis viri Nicolai de Wolavia, Camere apostolice clerici solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., usque ad festum Natuitatis Christi proxime futurum prorogamus etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)} die XXII mensis junii, pontificatus ut supra ^{b)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 184: *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine dextro*: Episcopi Cracouiensis.

a) Rome apud Sanctum Petrum.
b) ...Innocentii VII...

246

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Nicolaum episcopum Caminensem pro solutione parte partis communis

et unius minuti servitiorum suorum per manus procuratoris sui facta quitat, eique terminum faciendae solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 16 octobris, [1405.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Nicolaus, Dei gratia, episcopus Caminensis pro parte partis sui communis seruicii etc., viginti septem florenos auri de Camera nobis, et pro parte partis unius eciam sui minuti seruicii etc., tres similes florenos, per manus venerabilis viri domini Rotheri Balhorn in Romana Curia procuratoris solui fecit etc. De quibus etc. Ipsum etc. Secum etc. Verum etc. terminum etc., a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ad annum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)} die XVI mensis octobris, pontificatus ut supra ^{a)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 187: in fine: floren. IV, gross. IV, in margine dextro: Episcopi Caminensis.

a) *ut supra, N. 245.*

247

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Albertum episcopum Poznaniensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus procuratoris sui facta quitat, eique terminum faciendae solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 12 augusti, [1405.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Albertus episcopus Poznaniensis pro parte partis sui communis seruicli etc., viginti septem florenos auri de Camera nobis, et pro parte partis unius eciam sui minuti seruicli etc., tres similes florenos die date presencium tempore debito, per manus venerabilis viri... solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., ad annum a festo Assumptionis Beate Marie Virginis prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)} die XII mensis augusti, pontificatus ut supra ^{a)} anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 188: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: Episcopi Poznaniensis.

a) *ut supra, N. 245.*

248

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Joannis Scolleti procuratoris sui facta quitat, eique terminum faciendae solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 3 martii, [1406.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Johannes, Dei gratia, episcopus Wladislauiensis pro parte partis sui communis seruicli etc., sexaginta sex florenos auri de Camera, solidos triginta tres et denarios quatuor nobis, et pro parte partis unius eciam sui minuti seruicli etc., sexdecim similes florenos, solidos XXXIII et denarios quatuor, tempore debito, per manus venerabilis viri Johannis Scolleti Wladislauiensis, solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Penthecostes ad annum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)}, die III mensis marci, pontificatus ut supra ^{a)} anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 190: in fine: floren II, gross. II, in margine sinistro: Episcopi Wladislauiensis.

a) *ut supra, N. 245.*

Henricus tituli Sanctae Anastasiae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Arnoldum episcopum Culmensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum Joannis predecessoris sui per manus Petri facta quicat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 19 iulii, [1406.]

Henricus etc., quod reuerendus pater dominus Arnoldus episcopus Culmensis pro parte partis communis seruicii domini Johannis predecessoris sui etc., sexaginta septem florenos auri de Camera, solidos viginti quinque et pro parte partis unius eciam minutus seruicii dicti domini Johannis predecessoris sui etc., septem similes florenos, solidos viginti quinque, tempore debito, per manus venerabilis viri fratris Petri, procuratoris ordinis Beate Marie Theutonicorum, solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc. terminum etc., a festo Beati Johannis Baptiste ad annum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra ^{a)}, die XVIII mensis julii, pontificatus ut supra ^{a)} anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 59 f. 194: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: Episcopi Culmensis.

a) ut supra, N. 245.

XXVII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60.*

Martini V obligationes,

ab anno 1422 ad annum 1428 (a die 31 martii ad 1 augusti),

ff. 1-200 olim ff. I-CLXXV.

f. 2 olim f. I « Sequuntur obligationes communium et minutorum seruiciorum prelatorum, incepit Rome, apud Sanctum Petrum anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, inductione quinta decima et diebus ut sequuntur, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape V, anno quinto ».

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 27.

Mathias episcopus Vilnensis per Stanislaum Joannis procuratorem suum obligavit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 29 maii, 1422.

Eadem die ^{a)} honorabilis vir dominus Stanislaus Johannis. canonicus Wilnensis, tamquam principalis et priuata persona, ac tamquam procurator assertus reuerendi patris domini Mathie, translati episcopi Vilnensis, dictis nominibus et qualibet dictorum nominum in solidum, nomine prefati domini Mathie, obligauit atque promisit Camere et Collegio ut supra ^{b)}, pro eius communi seruicio, florenos triginta tres auri de Camera et unum tertium alterius floreni, aut illud plus, quod per commissionem fiendam in partibus, dictam ecclesiam taxaretur, et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissorum hinc ad sex menses proxime venturos et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos. Submisit etc., renunciauit etc., jurauit etc. Et reuerendissimus dominus Vicecamerarius tulit sententias in scriptis et dictus dominus Stanislaus promisit producere mandatum ratum infra primum terminum.

Actum in legum orti residencie dicti domini Vicecamerarii presentibus dominis B(enedicto) de Perusio et N(icola) de Mercatello et me C(ino) de Lombardis notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 32': in margine dextro: Cardinales XIII, soluit XXXIII et 1 tercium, in margine sinistro: Episcopi Wilnensis.

a) 29 mensis maii, anno Domini MCCCCXXII.

b) reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium.

251

Joannes abbas monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses, per Hermanum Dwerg procuratorem suum, obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 100 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 1 iulii, [1422]

Eadem die, reuerendus pater dominus Hermanus Dwerg apostolice Sedis prothonotarius, tamquam principalis et priuata persona nomine venerabilis viri domini fratris Johannis abbatis monasterii Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses, obtulit Camere apostolice et Collegio pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera centum et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et dicti Collegi. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra octo menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit etc., renunciauit etc., et submisit se in forma. Et dominus tulit sententias excommunicationis in scriptis. Et promisit producere mandatum rathabacionis infra primum terminum. Actum et presentibus quibus supra^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 36': in margine dextro: Cardinales XIII, mortu(u)s, C(entum), in margine sinistro: Abbatis Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses.

a) Actum Rome apud Sanctam Mariam Maiores, die I juli presentibus ibidem venerabilibus viris dominis, Jacobo de Caluis, Ambrosio de Vicecomitibus de Mediolano et Nicolao de Valle apostolice Camere clericis testibus.

252

Sbigneus electus Cracoviensis, per Jacobum de Paravesino procuratorem suum, promisit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos 3000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 19 iulii, [1423.]

Die lune XVIII dicti mensis juli, prime indictionis, reuerendus in Christo pater dominus Sbigneus electus Cracoviensis, per nobilem virum Jacobum de Paravesino de Mediolano procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, prout constat publico instrumento per Nicholaum Michaelis notarium publicum die XXII mensis aprilis proximo elapsi publicato, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio tria milia florenos auri de Camera, ad quos ecclesia ipsa taxatur et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi hinc ad octo menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc proxime secuturos. Submisit se etc. Obligauit se etc. Jurauit in forma. Et reuerendissimus dominus Vicecamerarius tulit sentencias in scriptis. Actum Rome apud Sanctam Mariam Maiores in Thesauraria, presentibus dominis Sy(mone) de Nouaria, G(uillemo) de Prato et Ponthaleone (de Bredis) clericis et me Luphardo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 75: in margine dextro: Cardinales XI, soluit, III-M, in margine sinistro: Electi Cracoviensis.

Albertus archiepiscopus Gneznensis per Adamum Nicolai de Bantkowo procuratorem suum obligauit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 2000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 21 iulii, [1422.]

Die mercurii XXI dicti mensis julii, prime indictionis, venerabilis vir dominus Adam Nicolai de Bantkowo canonicus Gneznensis, tamquam principalis et priuata persona, obligauit se pro reuerendo patre domino Alberto, Dei gratia, archiepiscopo Gneznensi translato de Cracouensi ecclesie, promisit pro eo Camera et Collegio pro suo communi seruicio duo milia florenos auri de Camera et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi hinc ad octo menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc secuturos. Submisit se, renunciauit et jurauit etc., in forma. Et reuerendissimus dominus Vicecamerarius tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum Rome apud S(anctam) M(ariam) M(aiorem) in Thesauraria, presentibus dominis Symone de Nouaria, Ambrosio Guillelmo de Prato, Nicolao de Mercatello, Nicolao de Valle et Panthaleone clericis et me Luphardo. Promisit producere mandatum ratum infra primum annum. Et notandum quod sanctissimus dominus noster papa, accepto quod olim dominus Johannes XXIII dictam ecclesiam retaxauerat ad florenos V-M ipse tamen dominus noster minus agere volens, eamdem ad duo milia florenos de Camera taxari mandauit et voluit. Idem Luphardus ex relacione et mandato prefati reuerendissimi domini Vicecamerarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 75-75': in margine dextro: Soluit, cardinales XI, II-M, in margine sinistro: Archiepiscopi Gneznensis.

Joannes Waldow episcopus Lubucensis per procuratores suos promisit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 350 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 20 septembri, [1423.]

Die lune XX dicti mensis septembri prime indictionis, reuerendus in Christo pater dominus Johannes de Waldolli, Dei gratia, electus Lubucensis, per venerabiles viros dominos, Petrum Borchuscorff decanum et Johannem Rouenitz canonicum ecclesie Lubucensis, procuratores suos ad hoc constitutos, prout constat publico instrumento per Andream Notebam notarium publicum, die XX mensis julii proxime lapsi publicato, promisit Camere et Collegio pro suo communi seruicio trecentos quinquaginta florenos auri de Camera, ad quos ecclesia ipsa taxatur et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi hinc ad sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc secuturos. Submisit se etc., obligauit etc., renunciauit etc., et jurauit in forma. Et reuerendissimus dominus Vicecamerarius tulit sententias in scriptis. Actum Rome in camera dicti domini Vicecamerarii presentibus dominis Guillierino de Latinis de Prato, Camere apostolice clero et me Johanne Comitis dicte Camere notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 81'-82: in margine dextro: Soluit, mortuus, cardinales IX, soluit III-C-L, in margine sinistro: Electi Lubucensis.

Franciscus electus Warmiensis per Arnoldum Dattelen et Peregrinum Czeyenberg procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta. Romae, die 20 aprilis, [1424.]

Die iouis XX mensis aprilis predicti, venerabiles viri, dominus Arnoldus Dattelen prepositus et canonicus ecclesie Warmiensis et Peregrinus de Czeyen-

berg canonicus eiusdem ecclesie, tamquam principales et priuate persone pro et nomine reuerendi patris domini Francisci eiusdem ecclesie electi, obtulerunt sponte Camere apostolice et sacro Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio, quadringentos florenos auri de Camera, ad quos dicta ecclesia taxatur et quinque minuta seruicia consueta. Soluendo medietatem promissi infra octo menses et aliam medietatem infra alios octo menses proxime secuturos. Promiserunt, jurauerunt, obligauerunt se in forma et ulterius ut supra, promiserunt producere mandatum ratum huiusmodi obligacionis infra octo menses. Et dominus Vicecamerarius tulit sentencias in scriptis. Actum Rome in domo habitationis ipsius domini Vicecamerarii, presentibus dominis Guillerino de Latinis de Prato Clerico Camere apostolice et reuerendo patre abbe Trenorchiensi et me R(oberto) Aulon notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 99: in margine dextro: Cardinales XII, IIII-C, totum soluit, in margine sinistro: Electi Warmiensis.

256

Sifridus electus Caminensis per Christianum episcopum Osiliensem procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 2000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, 22 septembris, [1424.]

Eadem die, reuerendus in Christo pater dominus Cristianus episcopus Osiensis procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Sifridi electi Caminensis, prout de sue procreationis mandato fidem fecit, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito, florenos auri de Camera duo millia, ad quos ipsa ecclesia taxatur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et Collegii predicti. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos solvere promisit, jurauit, renunciauit, submisit et se obligauit in forma, et dominus B(enedictus) Locumtenens tulit sentencias in scriptis presentibus testibus quibus in proxima obligacione descripta^{a)} et me Ludolpho Robrnig propria.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 110: in margine dextro: Cardinales XII, II-M, in margine sinistro: Electi Caminensis.

^{a)} Actum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, die XXII dicti mensis septembris presentibus dominis Jacobo de Calvis Ambrosio et Simone de Nouaria.

257

Christophorus electus Lubucensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 350 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 20 octobris, [1424.]

Die veneris XX mensis octobris, venerabilis vir dominus De Heiltipnig prepositus ecclesie Beate Marie Westlauensis Trevirensis diocesis tamquam principalis et priuata persona, nomine reuerendi patris domini Christofori electi Lubucensis, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito, florenos auri de Camera trecentos quinquaginta, ad quos ipsa ecclesia taxatur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape et Collegii predictorum. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime venturos et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos solvere promisit, jurauit, renunciauit, submisit et se obligauit in forma. Et dominus Locumtenens tulit sentencias in scriptis. Actum apud Sanctum An-

thonium. Die XXVI dicti mensis, dominus Petrus predictus sufficiens produxit mandatum ad premissa et fuit liberatus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 113: in fine: Ludolphus Robrnig, in margine dextro: Cardinales X, soluit, in margine sinistro: Episcopi Lubucensis.

258

Stanislaus episcopus Plocensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 14 decembris, [1425.]

Die veneris XIII mensis decembris, reuerendus in Christo pater dominus Stanislaus episcopus Plocensis personaliter obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera quadrigentos et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiis domini nostri et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit, renunciavit, submisit et se obligauit in forma. Et dominus Locumtenens tulit sententias excommunicationis in scriptis. Acta fuerunt hec Rome apud Sanctos Apostolos in Thesauraria, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Nicolao de Mercatello et Bartolomeo de Llante clericis testibus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 144-144': in fine: Ludolphus Robrnig, in margine dextro: Cardinales XII, IIII-C, in margine sinistro: Episcopi Plocensis.

259

Michael electus Sambiensis per Arnoldum Dattelen procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 800 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 16 ianuarii, [1426.]

Die XVI mensis januarii predicti, venerabilis vir dominus Arnoldus Dattelen, prepositus ecclesie Warmiensis, procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Michaelis electi Sambiensis, prout de sue procuracionis mandato, quoddam publico, per discretum virum Nicolaum Sameland, clericum Pomezaniensis diocesis, publicum auctoritate imperiali notarium, de super confecto constabat instrumento, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum in Christo patrum et dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium, pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera octingentos, ad quos ecclesia Sambiensis taxatur, et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit, renunciavit, submisit et se obligauit in forma. Et dominus Locumtenens tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum Rome in Thesauraria Camere, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Paulo de Sulmona, Bartholomeo de Llante et Nicolao de Mercatello clericis dicte Camere testibus et me L(udolpho) Robrnig.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 147': in margine dextro: Cardinales XIII, totum VIII-C, in margine sinistro: Electi Sambiensis.

260

Andreas electus Luceoriensis per Stanislaum Petri procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 2/3 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, [die 22 aprilis, 1426.]

Eadem die lune, venerabilis vir dominus Stanislaus Petri canonicus ecclesie Cracouensis procurator et procuratorio nomine reuerendi patris dominis Andree electi Lucionensis prius Vladimiriensis appellatus^{a)}, quoniam eciam Vladimiriensis per dominum nostrum in Lucionensem propter varias justas causas est translata, prout de sue procuracionis mandato, quodam publico de super confecto constabat instrumento, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera triginta tres et II tercios et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit, renunciavit, submisit et se obligauit in forma. Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Petrum in domo domini Locumtenentis, qui tulit sententias in scriptis presentibus domino Bartholomeo de Lante dicte Camere clericu et Antonio de Pisis notario et me L(udolpho) Robrnig.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 155'-156: in margine dextro: Soluit, cardinales XI, XXXIII, II tercios, in margine sinistro: Episcopi Lucioriensis^{a)}.

a) "per dominum nostrum in Lucionensem propter uarias justas causas" deletum.

261

Nicolaus "abbas" monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses per manus Harthem Konenlamp et Joannis Suorcke procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 100 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 16 septembbris, [1426.]

Eadem die, discreti viri magister Harthem Konenlamp canonicus ecclesie Sancti Seruaci Traiectensis Leodiensis diocesis et Johannes Suorcke canonicus ecclesie Warmiensis, tamquam principales et priuate persone et quilibet in solidum, nomine domini fratris Nicolai abbatis monasterii Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses ordinis Premonstratensis, obtulerunt et quilibet eorum obtulit pro communi seruicio Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera centum ad quos ipsum monasterium taxatur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem intra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos soluere promiserunt et quilibet eorum promisit, jurauerunt etc., in solidum. Et dominus Locumtenens tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum in Thesauraria presentibus quibus supra^{a)}. Et promiserunt velle producere mandatum ratihabicionis infra sex menses proxime futuros sub penis Camere. L(udolphus) Robrnig. Die XXVII mensis januarii M^oCCCC^oXXVII^o supradicti procuratores produxerunt mandatum ad premissa. L(udolphus) Robrnig.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 171-171': in margine dextro: Cardinales XIII, C, in margine sinistro: Monasterium Sancti Vincencii extra muros Wratislauensis.

a) die XVI septembbris presentibus dominis N(icola) de Mercatello et N(icola) de Valle dicte Camere clericis.

262

Miroslaus electus Poznaniensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 19 octobris, [1426.]

Die XIX mensis octobris, reuerendus in Christo pater dominus Miroslaus electus Poznaniensis personaliter obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos quadrungentos

et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri pape et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit, renunciauit, submisit et se obligauit in forma. Acta fuerunt hec in domo domini B(enediti) Locumtenentis sita in contrata Sancti Marci, presentibus dominis Antonio de Caffarellis de Urbe, domino fratre Johanne abate de Leuiis Compostellani diocesis, Cino de Lombardis et me Antonio de Sarzana notario Camere etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 175: in margine dextro: Cardinales XIII, mortuus, in margine sinistro: Electus Poznaniensis.

263

Nicolaus electus Mednicensis per Nicolaum Laurentii procuratorem suum obtulit Cameræ et Collegio pro suo communi servitio florenos 40 "vel illud plus vel minus" et quinque minuta servitia consueta.

Romæ, die 23 iunii, [1427.]

Die XXIII mensis junii, honorabilis vir dominus Nicolaus Laurencii decanus ecclesie Wilnensis, habens mandatum ad obligandum se nomine reuerendi patris domini Nicolai electi Mednicensis non tamen in totum sufficiens, tamquam procurator in vim ipsius quantum potest, nec non tamquam principalis et priuata persona, nomine dicti reuerendi patris electi, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito florenos auri de Camera quadraginta, uel illud plus uel minus ad quod ipsa Mednicensis ecclesia per informacionem taxabitur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officiariis domini nostri pape et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra octo menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc proxime secuturos soluere promisit, jurauit, renunciauit, submisit et se obligauit in forma. Actum in domo domini, presentibus testibus in infra scripta proxima obligacione posita^{a)} quia simul facte fuerunt.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 60 f. 194: in margine dextro: Cardinales XVII, XXXVI, in margine sinistro: Electus Mednicensis.

a) Actum Rome in orto habitationis prefati domini Locumtenentis presentibus ibidem dominis B(enedito) Roberti, N(icolao) de Mercatello apostolice Camere clericis et Cino de Lombardis consocio, testibus et me A(ntonio) de Pisis.

XXVIII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61.*

Joannis XXIII et Martini V divisiones,
ab anno 1413 ad annum 1420 (*a die 8 iunii ad diem 1 novembris*),
ff. 1-175 olim ff. I-CXLIII.

ff. 1-96 *Joannis XXIII,*
ff. 96'-175 *Martini V.*

I. 32 olim f. I: «Amedeus de Saluciis, miseracione diuina, Sancte Marie Noue sacrosancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum meorum, eiusdem Ecclesie cardinalium Camerarius...».

Indices, tituli marginales.
Cfr. ABRAHAM p. 27.

Divisio pecuniae per Albertum episcopum Cracoviensem pro suo communi servitio solutae.

[*Bononiae, die 6 martii, [1414.]*]

Bononie, indictione septima, pontificatus domini nostri, domini Johannis pape XXIII anno quarto, die VI mensis marci, reverendus pater dominus Albertus episcopus Cracoviensis, pro parte partis sui communis seruicii, non facta soluzione de minuto, soluit florenos Camere centum. Fuit promotus Rome, V^o Id. augusti, pontificatus domini Johannis XXIII anno III^r. Fuerunt in eius promotione cardinales XIX, videlicet: Ostiensis, Aniciensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegiensis, Ulixbonensis, Tricaricensis, Sancti Marci, de Challanco, de Branchaciis, de Saluciis, de Columpna, Sancti Angeli, de Flisco, Barensis, de Comitibus, Florentinus. Capiunt clerici Collegii florenum unum. Restant floreni LXXXIX. Capit quilibet dominorum florenos V, solidos X, denarios VI. Restant indiuisi denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 47: in margine sinistro: Cracoviensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 49.

Divisio pecuniae per Albertum episcopum Cracoviensem solutae pro communi et uno minuto servitius Petri episcopi Poznaniensis cui datus fuit coadiutor.

[*Bononiae, die 6 martii, 1414.]*

Eadem die, dictus dominus episcopus Cracoviensis fuit datus coadiutor domino Petro episcopo Posnaniensi, pro cuius domini Posnaniensis communis seruicii complemento soluit florenos centum XX-ti de Camera, et pro totali soluzione minuti seruicii dicti domini Posnaniensis soluit florenos similes X. Somma floren. CXXX. Fuerunt participantes de huiusmodi solucione cardinales XIX, inmediate supra scripti^{a)}. Capiunt clerici Collegii florenum unum, solidos XV. Restant floreni CXXVIII, solidi XXXV. Capit quilibet dominorum florenos VI, solidos XXXVIII, denarios VIII. Restant indiuisi denarii IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 47: in margine sinistro: Posnaniensis.

a) ut immediate supra.

Divisio pecuniae per Henricum episcopum Sambiensem pro communi et uno minuto servitius solutae.

[*Bononiae, die 8 iulii, [1414.]*]

Bononie, indictione, die et pontificatus predictis^{a)}, reverendus pater dominus Henricus episcopus Samblensis pro totali parte sui communis seruicii soluit florenos Camere IIII-C et pro totali minuto similes florenos XXIII, solidos XXVI, denarios VI. Summa floren. IIII-C-XXIII, sol. XXVI, den. VI. Fuit promotus Bononie, X-mo Kal. julli, pontificatus prefati domini nostri anno quinto. Fuerunt in eius promotione cardinales XVII, videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegiensis, Ulixbonensis, Tricaricensis, Sancti Marci, de Yspania, de Challanco, Pisanus, Placentinus, de Branchaciis, Sancti Angeli, de Comitibus, Florentinus, Sancti Eustachii. Capiunt clerici Collegii florenos IIII-or, solidos XI, denarios VIII. Restant floreni IIII-C-XIX, solidi XIII, VI denarii. Capit quilibet dominorum florenos XXIII, solidos XXXIII, denarios II. Restant indiuisi denarii VIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 56: in margine dextro: 33 f. in margine sinistro: Sambiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 57'.

a) indictione VII, die vero VIII mensis julii, pontificatus... Johannis... pape XXII anno quinto.

Divisio pecuniae per Andream episcopum Poznaniensem pro communi et uno minuto servitiis solutae.

Constantiae, die 3 novembris, [1414.]

Constancie, inductione septima et die tercia mensis nouembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Johannis, diuina prouidentia pape XXIII anno quinto, reuerendus in Christo pater dominus Andreas episcopus Posnaniensis, pro totali parte sui communis seruicii soluit florenos auri de Camera II-C et pro totali soluzione sui minutis seruicii similes florenos XIII-cim solidos quatuordecim, denarios quatuor monete romane. Summa floren. II-C-XIII, sol. XIII, denar. III. Fuit promotus Bonomie III-to Kal. octobris, dicti domini Johannis pape XXIII anno V-to. Fuerunt in eius promotione cardinales XV, videlicet: Laudensis, de Ursinis, Venetiarum, Aquilegiensis. Ulixbonensis, Placentinus, Tricaricensis, Sancti Marci, de Challanco, de Branchacis, de Columpna, Sancti Angeli, de Comitibus, Sancti Eustachii, Florentinus. Capiunt clerici Collegii florenos II, solidos VII, denarios II. Restant floreni II-C-XII, solidi VII, denarii II. Capit quilibet dominorum florenos XIII, solidos VII, denarios II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 61': in margine sinistro: Posnaniensis, in margine dextro: Cardinales XV.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 66.

Divisio pecuniae per Joannem archiepiscopum Haliciensem seu Leopoliensem pro communi et uno minuto servitiis solutae.

Constantiae, die 19 februarii, [1415.]

Constancie, inductione septima, die uero XIX-a mensis februarii, reuerendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Leopoliensis, alias Haliciensis, soluit pro totali parte sui communis seruicii triginta tres florenos auri de Camera et pro totali suo minuto seruicio duos similes florenos. Fuit promotus Bononie die... mensis... fuit uero obligatus de mense maii pontificatus domini Johannis, pape XXIII anno IIII^o et fuerunt in eius promotione cardinales XVII participantes, videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Ursinis, Venetiarum, Aquilegiensis, Placentinus, Tricaricensis, Sancti Marci, de Challanco, de Branchacis, Barrensis, de Columna, Sancti Angeli, de Comitibus, Florentinus, Sancti Eustachii, Ulixbonensis. Capiunt clerici Collegii solidos XVII, denarios VI. Restant floreni XXXIII, solidi XXXII, denarii VI. Capit quilibet dominorum florenos II, solidum I, denarios XI.

Arch. Vat. Obl. Sol v. 61 f. 69: in margine sinistro: Archiepiscopus Leopoliensis alias Haliciensis, in margine dextro: domini Johannis pape XXIII anno IIII-to.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 69.

Divisio pecuniae per Petrum episcopum Vilnensem pro communi et uno minuto servitiis solutae.

Constantiae, die 15 martii, [1415.]

Constancie, die XV mensis marci, pontificatus domini Johannis XXIII anno quinto, reuerendus in Christo pater dominus Petrus Vuillniensis, pro totali soluzione sui communis seruicii soluit florenos Camere XVI, solidos XXXIII, denarios III-or monete romane et pro totali soluzione sui minutis seruicii solidos XLV. Summa floren. XVII, sol. XXVIII, den. III. Fuit promotus Constancie,

XV Kal. marci, pontificatus domini Johannis anno quinto. Fuerunt in eius promocione cardinales XX videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegiensis, Pisanus, Cameracensis, Placentinus, Tricaricensis, Sancti Marci, de Challanco, de Saluciis, de Branchacis, Barensis, de Flisco, de Columpnas, Sancti Angeli, de Comitibus, Florentinus, Sancti Eustachii. Capiunt clerici Collegii solidos VIII, denarios IX. Restant floreni XVII, solidi XIX, denarii VII. Capit quilibet dominorum solidos XLIII, denarios VI. Dantur de indiuisis denarii V.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 71: in margine sinistro: Vuillniensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 72.

270

Divisio pecuniae per Albertum episcopum Cracoviensem pro communi et uno minuto servitiis solutae.
Constantiae, die 18 aprilis, 1416.

Costancie, anno Domini M'CCCC-XVI^o, die XVIII-a mensis aprilis, reuerendus pater dominus Albertus episcopus Cracoviensis, pro parte suorum communis et minutis seruiciorum soluit florenos Camere II-C. Fuit promotus Rome, V^o Id. augusti, pontificatus domini Johannis XXIII anno III^o. Fuerunt in eius promocione cardinales XIX videlicet; Ostiensis, Aniciensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegiensis, Ulixbonensis, Tricaricensis, Sancti Marci, de Challanco, de Branchaciis, de Saluciis, de Columna, Sancti Angeli, de Flisco, Barensis, de Comitibus, Florentinus. Capiunt clerici Collegii, florenos II. Restant floreni CXCVIII. Capit quilibet dominorum florenos X, solidos XXI. Restant indiuisi denarii XII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 85: in margine sinistro: Cracouiensis.

271

Divisio pecuniae per Albertum episcopum Cracoviensem pro parte partis communis et unius minuti servitiorum suorum solutae.
Constantiae, die 22 decembris, 1416.

Costancie, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo XVI-to, die XXII mensis decembris, reuerendus in Christo pater dominus Albertus episcopus Cracouiensis, pro parte partis sui communis et minutis seruiciorum soluit florenos auri de Camera ducentos. Fuit promotus Rome V-to Id. augusti, pontificatus domini Johannis pape XXIII anno tertio. Fuerunt in eius promocione cardinales XIX, videlicet: Ostiensis, Aniciensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegiensis, Ulixbonensis, Tricaricensis, Sancti Marchi, de Challanco, de Branchaciis, de Saluciis, de Columna, Sancti Angeli, de Flisco, Barensis, de Comitibus, Florentinus. Capiunt clerici Collegii, florenos II. Restant floreni centum nonaginta octo. Capit quilibet dominorum florenos X, solidos XXI. Restant indiuisi denarii XII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 87: in margine sinistro: Cracouiensis.

272

Divisio pecuniae per Derslaum abbatem monasterii in Tyniec pro solutione sui communis et unius minuti servitiorum solutae.
Constantiae, die 11 augusti, 1418.

Constancie, anno Domini millesimo CCCC-mo XVIII^o, die XI mensis augusti, venerabilis dominus frater Derslaus abbas monasterii Tinciensis Ordinis Sancti

Benedicti Cracouiensis diocesis, pro totali solucione sui communis et minutis seruiciorum soluit florenos auri de Camera quinquaginta. Fuit promotus Constancie, die Mercurii VII Kal. februarii, domini Martini anno primo. Fuerunt in eius promocione cardinales XX, videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegensis, Placentinus, Ulixbonensis, Tricaricensis, Cameracensis, Sancti Marchi, de Challanch, de Branchaciis, Barensis, de Saluciis, de Flisco, de Columpna, Sancti Angeli, de Comitibus, Florentinus, Sancti Eustachii. Capiunt clerici Collegii solidos XXV. Restant floreni XLIX, solidi XXV. Capit quilibet dominorum florenos II, solidos XXIII, denarios IX.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 93': in margine sinistro: 1418 Tinciensis, in margine dextro: error.

273

Divisio pecuniae per Albertum episcopum Cracoviensem, pro complemento communis et unius minutis servitiorum solutae. Constantiae, die 28 aprilis, 1418.

Constancie, anno Domini millesimo CCCCXVIII, die XXVIII mensis aprilis, reuerendus pater dominus Albertus episcopus Cracouiensis, pro complemento solucionis sui communis et minutis seruiciorum soluit florenos auri de Camera CCLXXXIII, solidos XLVII, denarios VIII. Fuit promotus Rome V Id. augusti, pontificatus domini Johannis pape XXIII anno tertio. Fuerunt in eius promocione cardinales XIX, videlicet: Ostiensis, Aniciensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegensis, Ulixbonensis, Tricaricensis, Sancti Marchi, de Challanch, de Branchacis, de Saluciis, de Columna, Sancti Angeli, de Flisco, Barensis, de Comitibus, Florentinus. Capiunt clerici Collegii florenos II, solidos XLII, denarios V. Restant floreni CCLXXXII, solidi III, denarii III. Capit quilibet dominorum florenos XIII, solidos XLII, denarios III. Remanent indiuisi denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 96': in margine sinistro: Cracouiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 98'.

274

Divisio pecuniae pro communi servitio Conradi episcopi Wratislaviensis per Hermannum procuratorem suum solutae.

Florentiae, die 22 maii, [1419.]

Florencie, die XXII mensis maii, reuerendus in Christo pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis soluit pro parte sui communis seruicii, non facta solucione de minuto, florenos auri de Camera quinquaginta per manus reuerendi patris domini Hermanni Du Verg Sedis apostolice protonotarii. Fuit promotus Constancie XVI^o Kal. januarii, domini Martini pape V^{ti} anno primo. Fuerunt in eius promocione cardinales XXI, videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Veneciarum, Aquilegensis, Pisanus, Tricaricensis, Placentinus, Sancti Marci, Bononiensis, Ragusinus, Senensis, Veronensis, de Challanco, Cameracensis, Remensis, de Fuxo, de Branchaciis, de Flisco, de Comitibus. Capiunt clerici Collegii solidos XXV. Restant floreni XLIX, solidi XXV. Capit quilibet dominorum florenos II, solidos XVII, denarios X. Restant indiuisi denarii VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 119: in margine sinistro: Episcopi Wratislauiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 119.

Divisio pecuniae per Conradum episcopum Wratislaviensem pro communi et uno minuto servitiis solatae.

Florentiae, die 16 decembris, [1419.]

Florentie, die sexta decima decembris, reuerendus pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis, soluit florenos auri de Camera quadringentos nonaginta quatuor et solidos viginti quinque. Fuit promotus Constantie XVI Kal. januarii, pontificatus domini Martini pape V anno primo. Fuerunt in eius promotione cardinales XXI, videlicet: Ostiensis, Laudensis, Yspania, Ursinus, Bononiensis, Venetiarum, Ragusinus, Aquilegensis, Senensis, Pisanus, Veronensis, Cameracensis, Tricaricensis, Placentinus, Sancti Marchi, Remensis, de Challanch, de Fuxo, de Branchaciis, de Flisco, de Comitibus. Capiunt clerici Collegii, florenos IX, solidos XLIII, denarios VI. Restant floreni CCCCLXXXIIII, solidi XXX, denarii VI. Capit quilibet dominorum florenos XXIII, solidos III, denarios X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 140: in margine sinistro: Vratislauiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 142.

Divisio pecuniae per Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae in Lubin pro parte communis servitii solatae.

Florentiae, die [29] martii, [1420.]

Florencie, die predicta mensis marci, venerabilis pater dominus frater Nicolaus abbas Sancte Marie in Lubin Posnaniensis diocesis, soluit pro parte sui communis seruicii florenos auri de Camera XVIII. Obligatus fuit Florencie, die XVIII mensis septembri, pontificatus domini Martini pape V-ti anno secundo. Fuerunt participantes cardinales XX, videlicet: Ostiensis, Laudensis, de Yspania, de Ursinis, Bononiensis, Florentinus olim Johannes, Venetiarum, Aquilegensis, Senensis, Pisanus, Tricaricensis, Placentinus, de Fuxo, Montisragonom, de Branchaciis, Sancti Eustachii, de Comitibus, Sancti Georgii, Sancti Angeli, Sancte Marie Noue. Capiunt clerici Collegii solidos XVIII. Restant floreni XVII, solidi XXXII. Capit quislibet dominorum solidos XLIII, denarium I. Restant denarii IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 61 f. 156': in margine sinistro: Abbas Sancte Marie in Lubin.

XXIX Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62.

Martini V solutiones,

ab anno 1419 ad annum 1425 (a die 1 octobris ad diem 31 augusti),

ff. 1-228 olim ff. I-CCXXXI.

f. 8 olim f. 1: «*In Christi Nominе, Amen. Anno eiusdem a Natiuitate M^oCCCC^oXVIII^o, die prima mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno secundo: Hic liber ordinatus est, in quo scribentur et annotabuntur solutiones seu quittantie prelatorum ac eorum absolutions et dispensations nec non terminorum prorogationes et alie nonnullae diuersarum formarum littere. Et denominabitur liber iste liber solutionum secundus, de tempore domini Martini pape quinti, reuerendissimo in Christo patre et domino, domino Francisco tituli Sancte Crucis in Jherusalem sancte Romane Ecclesie presbitero cardinali Venetiarum vulgariter nuncupato Camerario, et egregiis viris magistris, Johanne de Reate doctori et Johanne Ponceti licentiatu in decretis, clericis sacri Collegii reuerendissimorum patrum dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium*

existentibus. Et primo notandum de mandato dicti domini Camerarii quod reuerendissimi domini cardinales deliberauerunt collegialiter in aula consistoriali palatii apostolici, quod de cetero clerici Collegii capiant pro eorum portione in diuisionibus que flent, duos florenos auri de Camera de quolibet centenario, idest unum florenum pro quolibet, consuetudine hactenus obseruata de grossis litterarum firma manente. Johannes de Reate. ».

Indices, tituli marginales

Cfr. ABRAHAM p. 27.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Ierusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conradum episcopum Wratislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus seruitorum per manus Hermanni facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Florentiae, die 16 decembris, [1419.]

Franciscus^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis pro parte partis sui communis et minutus seruitorum, in quibus etc. et tenebatur, florenos auri de Camera quadringentos nonaginta quatuor et solidos viginti quinque monete romane, per manus reuerendi in Christo patris domini Ermanni De Werghe apostolice prothonotharii nobis etc. solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte dicti domini episcopi nobis exposita, quae ipsum etc. auctoritate nobis in hac parte commissa, a prima die mensis januarii proxime futuri usque ad octo menses ex nunc proxime futuros terminum sibi duximus prorogandum. Volumus tamen, quod si in dicto sibi prorogato termino non satisfecerit de premissis, penis et sententiis quibus antea tenebatur sit astrictus ac ipsum in hiis scriptis declaramus astringi et in eisdem sententiis reincidere ipso facto. In quorum etc. Datum Florencie, die sexta decima mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno tertio. Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 18: *in fine: floren. V, gross. V, in margine dextro: infra, in margine sinistro: Wratislauensis.*

a) miseratione diuina, tituli Sancte Crucis in Jhierusalem sacrosancte Romane Ecclesie presbiter cardinalis Veneciarum vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum prefate Romane Ecclesie cardinalium Camerarius. Uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre per presentes notum facimus.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Ierusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Nicolaum abbatem monasterii Sanctae Mariae in Lubin pro solutione parte partis sui communis servitii per manus Caroli Myreni mercatoris facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Florentiae, die 29 martii, 1420.

Franciscus etc., quod venerabilis pater dominus frater Nicholaus abbas monasterii Beate Marie in Lubin Posnaniensis diocesis, pro parte partis sui communis seruicii in quo etc., tenebatur et extitit efficaciter obligatus florenos auri de Camera decem et octo per manus Caroli de Myreni mercatoris Florentini solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius abbatis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum residuum prime partis dicti communis seruicii in termino sibi prefixo reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate, qua supra nobis in hac parte commissa, terminum solucionis huiusmodi faciende usque ad alium terminum pro ultima parte dicti communis seruicii assignatum tempore presencium prorogamus. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Florencie, die XXIX mensis marci, anno

Domini M^oCCCC-mo XX^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno tercio.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 30^r: *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine sinistro*: Beate Marie in Lubin, Posnaniensis, *in margine dextro*: totum, infra.

279

Franciscus tituli Sanctae Crucis presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conrado episcopo Wratislaviensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitiorum prorogat.

Romae, die 7 decembris, 1420.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi patris domini Corardi episcopi Wratislauiensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum illas pecuniarum summas quas pro communi et minuto seruiciis Camere dicti Collegii nec non familiaribus et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis certo termino iam diu lapsu soluere tenebatur, reddebat et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa ad soluendas dictas pecuniarum restas usque per totum mensem aprilis proxime futurum terminum sibi duximus prorogandum et per presentes prorogamus. Insuper ipsum dominum episcopum etc. Secum super irregularitate etc. Volumus tamen quod si in termino ei prorogato etc. In quorum etc. Datum Rome, die septima mensis decembris, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCC-mo vicesimo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini pape quinti anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 56: *in fine*: floren. III, gross. III, *in margine sinistro*: Episcopus Wratislauiensis, *in margine dextro*: infra.

280

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Janussum episcopum Premisiensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum per manus Joannis et Cambii de Medicis facta quitat.

Romae, die 9 aprilis, 1421.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannitus episcopus Primisiensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapsu etc., florenos auri de Camera viginti octo nobis pro ipso Collegio recipientibus, per manus Johannis et Cambii de Medicis mercatorum, die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die nona mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini millesimo quadragesimo vicesimo primo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 72: *in fine*: floren. I, gross. II, *in margine dextro*: transit terminus, domini est, *in margine sinistro*: Episcopus Primisiensis.

281

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conradum episcopum Wratislaviensem pro solutione parte partis communis servitii per manus Cosmae et Laurentii de Medicis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 28 maii, 1421.

Franciscus etc., quod reuerendus pater dominus Corardus episcopus Wratislauensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., florenos auri de Camera ducentos nobis pro ipso Collegio recipientibus, per

manus Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum die date presentium solui fecit. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. Verum intellecta mole grauaminum etc., auctoritate nobis commissa hinc usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum. Ita tamen quod si in termino sibi prorogato etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima octaua mensis maii, anno a Natiuitate domini MCCCC vicesimo primo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape quinti anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 77-77': in fine: floren. quinque, gross. V-e, in margine dextro: infra, Omnium Sanctorum, in margine sinistro: Episcopus Wratislaviensis.

282

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conrado episcopo Wratislaviensi terminum facienda solutionis residui communis et unius minuti servitiorum prorogat.

Romae, die 25 novembris, 1421.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Corardi episcopi Wratislauiensis coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum etc., sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapso etc., auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad sex menses proxime futuros a data presencium computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. Insuper ipsum etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima quinta mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXI, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape quinti anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 96: in fine: floren. III, gross. III, in margine dextro: XXV madii anno XXII transiuit terminus, infra, in margine sinistro: Episcopus Wratislauiensis.

283

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum per manus Joannis Gerwini facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 15 ianuarii, 1422.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus, dominus Johannes episcopus Lubucensis pro parte partis sui communis seruicij in quo sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapso etc., florenos auri de Camera quinquaginta et pro totali suo minuto seruicio pro familiaribus et officiariis etc., similes florenos nouem, solidos X, denarios VI monete romane nobis pro ipso Collegio recipientibus etc., per manus venerabilis viri domini Johannis Gerwini canonici Verdensis die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi coram nobis exposita que ipsum ad soluendum residuum sui communis etc., hinc ad festum Beati Michaelis mensis septembris proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome die quarta decima mensis ianuarii, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCCXXII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape V-ti anno V-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 103': in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine dextro: Sancti Michaelis, totum, infra, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Nicolaum abbatem Sanctae Mariae in Lubin Posnaniensis dioecesis pro solutione complementi communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis facta quitat, remissione de residuo sibi facta.

Romae, die 21 februarii, 1422.

Franciscus etc., quod venerabilis vir pater dominus frater Nicholaus abbas monasterii Beate Marie in Lubin Posnaniensis dioecesis, pro complemento suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapso etc., florenos auri de Camera XXVIII, facta sibi remissione de toto residuo, nobis pro ipso Collegio recipientibus per^{a)} venerabilem virorum Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum eius mercatorum Florentinorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum super etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima prima mensis febrouarii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V-ti anno quinto. *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 108': in fine: floren. III, gross. III, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Abbas Beate Marie in Lubin, totum.*

a) sic in ms. omissum videtur verbum "manus".

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Mathiam episcopum Vilnensem pro solutione totali communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Stanislai de Tarnow facta quitat.

Romae, die 30 maii, 1422.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Mathias episcopus Wilnensis, pro totali solutione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso ratione sue promotionis ad dictam ecclesiam etc., florenos auri de Camera decem et septem, solidos quadraginta duos, denarios undecim monete romane nobis etc., per manus venerabilis viri domini Stanislai Johannis de Tarnow canonici predice ecclesie Wilnensis et procuratoris dicti domini episcopi die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die tricesima mensis maii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXII^o, pontificatus etc., domini Martini pape V-ti anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 121: in fine: floren. I, gross. II, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Episcopus Wilnensis.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro solutione complementi communis servitii per manus Wernerii Gosler facta quitat.

Romae, die 22 augusti, 1422.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Lubucensis, pro complemento sui communis seruicii in quo etc., sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso etc., florenos auri de Camera centum viginti quinque nobis pro ipso Collegio recipientibus per manus venerabilis viri domini Wernerii Gosler thesaurarii ecclesie Caminensis die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima secunda mensis augusti, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXII^o, pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno V-to.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 130': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conrado episcopo Wratislaviensi terminum faciendae solutionis communis et unius minutus servitiorum prorogat.

Romae, die 27 iulii, 1422.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauamum pro parte reuerendi in Christo patris domini Conradi episcopi Wratislauensis coram nobis exposita etc., ac termino iam diu lapsu etc., usque ad annum a data presencium proxime computandum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. Insuper etc. Secum super etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima septima mensis julii, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCCCXXII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape quinti anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 131^o: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Wratislauensis.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Premisiensem pro solutione parte partis communis et minutus servitiorum suorum per manus Raphaelis de Bossis facta quitat, eique terminum faciendae solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 23 martii, 1423.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Primisiensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapsu etc., florenos auri de Camera decem et octo nobis etc., per manus venerabilis viri magistri Raphaelis de Bossis litterarum apostolicarum scriptoris die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi que ipsum ad soluendum etc., auctoritate predicta usque ad festum Sancti Michaelis proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima tercia mensis marci, anno a Natiuitate Domini MCCCCXXIII^o, pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 150: in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine dextra: Primisiensis, in margine sinistro: Episcopus Primisiensis.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum per manus Mathaei Barneci et sociorum mercatorum facta quitat, eique terminum faciendae solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 15 aprilis, 1423.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Wladislauensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapsu etc., florenos auri de Camera trecentos nobis etc., per manus venerabilis viri Mathei Barneci et sociorum eius mercatorum Florentinorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi coram nobis exposita etc., usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc.

Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die quinta decima mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXIII^o, pontificatus etc., domini Martini pape V anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 152: in fine: floren. V, gross. V, in margine dextro: Domino Johanni R(egistrata), gratis, in margine sinistro: Episcopus Wladislauiensis.

290

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joanni episcopo Premisiensi terminum facienda solutionis communis et unius minutu servitiorum prorogat.

Romae, die 27 iulii, 1423.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis episcopi Primisiensis coram nobis exposita etc., ac termino nondum lapso, auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum Resurrexionis Domini nostri Jhesu Christi proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima septima mensis juli, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXIII^o, pontificatus etc., domini Martini pape V anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 162: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Primisiensis.

291

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione parte partis communis et unius minutu servitiorum suorum per manus Jacobi Paravesino facta quitat.

Romae, die 31 octobris, 1423.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Wladislauiensis, pro compleimento suorum communis et minutu seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso etc., florenos auri de Camera ducentos quadraginta unum, solidos triginta tres, denarios quatuor monete romane nobis etc., per manus honorabilis viri domini Jacobi de Parauesino ambaxiatoris domini regis Polonie die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die ultima mensis octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, pontificatus etc., domini Martini pape V anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 173: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Episcopus Wladislauiensis.

292

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Albertum archiepiscopum Gneznensem pro solutione parte partis communis et minutu servitiorum per manus Cosme et Laurentii de Medicis facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 21 ianuarii, [1424.]

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus archiepiscopus Gneznensis, pro parte prime medietatis suorum communis et minutu seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso etc., florenos auri de Camera trecentos quinquaginta nobis etc. per manus honorabilium virorum Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Ter-

minumque ad soluendum residuum prefate prime medietatis communis et minuti seruiciorum usque ad terminum fiende solutionis de alia secunda medietate ipsorum communis et minuti eidem domino archiepiscopo prorogamus et assignamus. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima prima mensis januarii, pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 179: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Gneznensis.

293

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneo episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

Romae, die 4 februarii, 1424.

Franciscus etc., intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Sbignei episcopi Cracouiensis coram nobis exposita etc., ac termino nondum lapso etc., auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum Natuitatis Sancti Johannis Baptiste proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die quarta mensis febroarii, anno a Natuitate Domini M^oCCCC^oXXIII^o, pontificatus etc., domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 180: in fine: floren. I, gross. II, in margine dextro: Jo(hannes) breuiator, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

294

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joanni episcopo Premisiensi terminum facienda solutionis communis et unius minuti servitiorum prorogat.

Romae, die 13 februarii, 1424.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Johannis episcopi Primisiensis coram nobis exposita que ipsum etc., ac termino nondum lapso etc., usque ad festum Omnia Sanctorum proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die tercia decima mensis febroarii, anno a Natuitate Domini millesimo CCCCXXIII^o pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 182: in fine: floren. I, gross. II, in margine dextro: Omnia Sanctorum, in margine sinistro: Episcopus Primisiensis.

295

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Franciscum episcopum Warmiensem pro totali solutione communis et minuti servitiorum per manus Aldigerii Francisci facta quitat.

Romae, die 22 maii, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Franciscus episcopus Warmiensis, pro totali solutione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso, florenos auri de Camera ducentos sexdecim, solidos triginta tres, denarios quatuor monete romane nobis etc., per manus honorabilis viri Aldigerii Francisci et sociorum eius mercatorum Florentinorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima secunda mensis madii,

anno a Natiuitate Domini MCCCCXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 189': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Warmiensis.

296

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Lubucensem pro totali solutione communis et minuti servitiorum per manus Joannis Christ facta quitat.

Romae, die 22 maii, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Lubucensis, pro totali solutione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapso etc., florenos auri de Camera centum nonaginta quatuor, solidos viginti duos, denarios tres monete nobis etc., per manus venerabilis viri domini Johannis Crist in Romana Curia procuratoris die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima secunda mensis madii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 190: in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine dextro: II-C-II, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

297

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sifridum electum Caminensem pro solutione parte partis communis et unius minuti servitiorum per manus Christiani episcopi Osiliensis facta quitat.

Romae, die 22 septembbris, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Sifridus electus Caminensis, pro parte partis suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso etc., florenos auri de Camera ducentos nonaginta nobis etc., per manus reuersendi patris domini Christiani episcopi Osiliensis domini nostri pape cubicularii die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima secunda mensis septembbris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno VII^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 200': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Caminensis.

298

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Christophorum electum Lubucensem pro solutione primae medietatis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus procuratoris sui facta quitat.

Romae, die 20 octobris, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Christoforus electus consummatus ecclesie Lubucensis, pro prima medietate suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapso etc., florenos auri de Camera nonaginta quatuor, solidos triginta nouem, denarios septem monete romane nobis etc., per manus venerabilis viri

domini Petri Hekpnig prepositi Beate Marie Werfflariensis Treuerensis diocesis die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima mensis octobris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 203: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

299

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneo episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitiorum prorogat.

Romae, die 12 novembris, 1424.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Sbignei episcopi Cracouiensis coram nobis exposita etc., ac termino iam diu lapsu etc., auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum Carnisprivii proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. Insuper etc., secum super etc. In quorum etc. Datum Rome, die duodecima mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidencia, pape V anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 204: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

300

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Albertum archiepiscopum Gneznensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 novembris, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus archiepiscopus Gneznensis, pro parte suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapsu etc., florenos auri de Camera trecentos quinquaginta nobis etc., per manus honorabilium virorum Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini archiepiscopi etc., usque ad primam diem mensis augusti proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 205: in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Gneznensis.

301

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Conradum episcopum Wratislavensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum per manus Hermanni facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 20 decembris, 1424.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruicio-

rum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapsu etc., florenos auri de Camera quadringtonos nobis etc., per manus reuerendi patris domini Hermanni De Werghe Sedis apostolice protonotarii die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi etc., usque per totum mensem augusti proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima mensis decembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 210: in fine: floren. V, gross. V, in margine sinistro: Episcopus Wratislaviensis.

302

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Christophorum episcopum Lubucensem pro solutione complementi communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Joannis Vogler facta quitat.

Romae, die 26 februarii, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Christoforus episcopus Lubucensis, pro complemento suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum lapsu etc., florenos auri de Camera nonaginta quatuor, solidos triginta nouem, denarios septem monete romane nobis etc., per manus venerabilis viri Johannis Vogler canonici Veteris Collegii in Spalt Eistetensis diocesis die date presencium solui fecit etc. De quibus sic etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima sexta mensis febroariorum, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXV^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 214': in fine: floren. I, gross. II, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis.

303

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneum episcopum Cracoviensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum per manus Nicolai et Cambii de Medicis mercatorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 4 aprilis, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Sbigneus episcopus Cracouiensis, pro parte partis suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapsu etc., florenos auri de Camera trecentos nonaginta quatuor, solidos viginti quinque monete romane nobis etc., per manus honorabilium virorum Nicolay et Cambii de Medicis et sociorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi etc., auctoritate predicta usque ad festum Sancti Johannis Baptiste proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die quarta mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXV^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 218: in fine: floren. V, gross. V, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

128

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sifridum episcopum Caminensem pro solutione parte partis communis et unius minutus servitiorum per manus Hermanni facta quita, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 24 augusti, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Siffridus episcopus Caminensis, pro parte partis etc., centum florenos auri de Camera per manus reuerendi patris domini Hermanni Duergh Sedis apostolice prothonotarii solui fecit etc. De quibus etc. Et insuper etc. Secum etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi coram nobis exposita etc., usque ad festum Assumptionis Beate Virginis terminum sibi duximus prorogandum. Sic tamen etc. Datum Rome, die, mense, anno et pontificatus predictis^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 228: in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine dextro: Assumptionis, in margine sinistro: Caminensis.

a) die XXIII mensis augusti, anno Domini MCCCCXXV, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, diuina prouidentia, pape V anno octauo.

Franciscus tituli Sanctae Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneo episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis communis et unius minutus servitiorum prorogat.

Romae, die 31 augusti, 1425.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi patris domini Suignei episcopi Cracouiensis etc., illas pecuniarum quantitates quas pro communi etc., usque ad tres menses a data presencium computandos terminum faciente solutionis huiusmodi sibi duximus prorogandum. Et insuper etc. Secum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die ultima mensis augusti, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXV-to, indictione tertia, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 62 f. 228': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Cracouiensis.

XXX *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63.*

*Martini V et Eugenii IV solutiones,
ab anno 1425 ad annum 1433 (a die 12 septembris ad diem 18 augusti),
ff. 2-150 olim ff. I-CCXXV.*

f. 26 olim f. I: «Incipit liber solutionum tercius de tempore domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti. Incepitus anno a Natiuitate. Domini M^oCCCC^oXXV^o, pontificatus eiusdem domini Martini anno octauo et die duodecima mensis septembris. »

ff. 1-187 Martini V,

ff. 189-250 Eugenii IV.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 27.

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Albertum archiepiscopum Gneznensem pro solutione parte partis communis et unius minutis servitiorum suorum per manus Nicolai et Cambii de Medicis mercatorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 12 septembbris, 1425.

Franciscus etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus archiepiscopus Gneznensis pro parte suorum communis et minutis seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino iam diu lapsi etc. florenos auri de Camera trecentos nobis, etc. per manus egregiorum virorum Nicolay et Cambii de Medicis et sociorum mercatorum die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum super etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini archiepiscopi etc. hinc ad sex menses proxime futuros a data presencium computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Volumus tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die duodecima mensis septembbris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXV^o pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Martini, divina providentia, pape V anno octavo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 26': in fine: floren. V, gross. V, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Episcopus Gneznensis.

a) miseratione diuina episcopus Sabinensis, sancte Romane Ecclesie cardinalis Veneciarum vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum eiusdem Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre per presentes notum facimus,

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Conradum episcopum Wratislaviensem pro solutione complementi suorum communis et unius minutis servitiorum per manus Hermanni facta quitat.

Romae, die 9 novembbris, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Conradus episcopus Wratislauiensis, pro complemento suorum communis et minutis seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino jam diu lapsi etc., Camere dicti Collegii nec non familiaribus et officialibus dictorum dominorum cardinalium etc., florenos auri de Camera quadringentos viginti sex, solidos quadraginta sex, denarios quinque monete romane nobis etc., per manus reuerendi patris domini Hermani Dwergh Sedis apostolice protonotarii die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc., quittamus etc. Insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome, die nona mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCC vicesimo quinto, pontificatus etc., domini Martini pape V anno octavo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 32: in fine: floren. IIII-or, gross. IIII-or, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Episcopus Wratislauensis.

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneum episcopum Cracoviensem pro solutione partis communis et unius minutis servitiorum suorum per manus Philippi Nicolai procuratoris facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 29 novembbris, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Sbigneus episcopus Cracoviensis, pro parte partis suorum communis et minutis seruiciorum in quibus sub certis etc., ac termino nondum elapsi ratione sue promocionis

etc., florenos auri de Camera tricentos nobis etc., per manus venerabilis viri Philippi Nicolai decretorum doctoris die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic solutis etc., absoluimus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi coram nobis exposita etc., que ipsum ad soluendum communis et minuti seruiciorum predictorum reddebant etc., usque ad sex menses proxime venturos a data presencium computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima nona mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXV-to, pontificatus etc., domini Martini pape V-ti anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 36: in fine: floren. III, gross. III, in margine dextro: in fine maii, in margine sinistro: Episcopus Cracouensis.

309

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Stanislaus episcopum Plocensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum personaliter facta quitat.

Romae, die 17 decembris, 1425.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Stanislaus episcopus Plocensis, pro parte partis suorum communis et minuti seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera centum nobis pro ipso Collegio recipientibus die date presencium personaliter soluit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die decima septima mensis decembris, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCCXXV-to, pontificatus domini Martini pape quinti anno nono.

Arch. Vat. Obl. v. 63 f. 39: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

310

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Albertum archiepiscopum Gneznensem pro solutione complementi communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Nicolai et Cambii de Medicis mercatorum facta quitat.

Romae, die 11 ianuarii, 1426.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus archiepiscopus Gneznensis, pro complemento suorum communis et minuti seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso florenos auri de Camera nonaginta, solidos quadraginta quinque, denarios octo nobis etc., per manus honorabilium virorum Nicolay et Cambii de Medicis et sociorum mercatorum die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die undecima mensis januarii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXVI^o, pontificatus domini Martini pape V anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 40: in fine: floren. I, gross. II, in margine dextro: totum, in margine sinistro: Archiepiscopus Gneznensis.

311

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneum episcopum Cracoviensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Nicolai et Cambii Antonii de Medicis mercatorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 24 maii, 1426.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Suigneus episcopus Cracouiensis, pro parte suorum communis et minuti seruiciorum in quibus

etc., ac termino nondum elapso ratione etc., florenos auri de Camera ducentos nobis etc., per manus honorabilium virorum Nicole et Cambii Anthonii de Medicis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium die date presencium solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc., usque ad sex menses a data presencium in antea computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima quarta mensis maii, anno a Natiuitate Domini MCCCCXXVI^o, pontificatus etc., domini Martini pape V anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 54': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

312

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Michaelem episcopum Sambiensem pro solutione medietatis communis et totali unius minutis servitorum suorum per manus Leonardi de Albertis mercatoris facta quitat.

Romae, die 13 novembris, 1426.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Michael episcopus Sambiensis pro medietate communis et totali soluzione minutis seruiciorum suorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera ducentos triginta, solidos triginta octo, denarios sex monete romane nobis etc., per manus honorabilis viri Leonardi de Albertis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium, die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XIII mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini, MCCCCXXVI^o pontificatus etc., domini Martini pape V anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 65: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: Cassata quia post existit registrata folio XLIII. Petrus Pongneterii, in margine sinistro: Episcopus Sambiensis.

Cfr. infra nr. 314.

313

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneo episcopo Cracoviensi terminum facienda solutionis communis et unius minutis servitorum prorogat.

Romae, die 29 novembris, 1426.

Franciscus etc., quod intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi in Christo patris domini Suignei episcopi Cracouiensis coram nobis exposita etc., ac termino jam diu elapso etc., usque ad diem quintam decimam mensis februarii proxime futuri terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. Insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome die penultima mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCXXVI^o, pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 66': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

314

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Michaelem episcopum Sambiensem pro totali solutione suorum communis et minutis servitorum per manus Leonardi de Albertis mercatoris facta quitat.

Romae, die 14 iulii, 1426.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Michael episcopus Sambiensis pro totali solucione suorum communis et minutis seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera quadringtones triginta, solidos trigesima tres, denarios sex monete romane nobis etc., per manus honorabilis viri Leonardi de Albertis et sociorum eius mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die decima quarta mensis julii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXVI^o, pontificatus etc., domini Martini pape V anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 69': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Sambiensis.

Cfr. supra nr. 312.

315

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sbigneum episcopum Cracoviensem pro solutione partis suorum communis et unius minutis seruiciorum per manus Nicolai et Cambii de Medicis mercatorum facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 14 februarii, 1427.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Suigneus episcopus Cracoviensis, pro parte suorum communis et minutis seruiciorum in quibus sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso ratione etc., florenos auri de Camera centum nobis pro ipso Collegio etc., per manus honorabilium virorum Nicole et Cambii Anthonii de Medicis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. Verum etc., usque ad quinque menses proxime futuros a data presentium computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die decima quarta mensis februarii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXVII^o, pontificatus etc., domini Martini pape quinti anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 75: in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Cracoviensis.

316

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sifridum episcopum Caminensem pro solutione partis suorum communis et unius minutis seruiciorum per manus Hermanni facta quitat, eique terminum facienda solutionis de residuo prorogat.

Romae, die 12 aprilis, 1427.

Franciscus etc., reuerendus in Christo pater dominus Siffredus episcopus Caminensis, pro parte suorum communis et minutis seruiciorum in quibus etc., ac termino iam diu elapso etc., florenos auri de Camera quinquaginta nobis etc., per manus reuerendi in Christo patris domini Hermanni Dwergi Sedis apostolice prothonotarii die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. Verum etc., usque ad septem menses proxime futuros a data presentium in antea computandos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome, die duodecima mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXVII^o, pontificatus etc., Martini pape V anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 81: in fine: floren. IIII, gross. IIII, in margine sinistro: Episcopus Caminensis.

Franciscus episcopus Sabinensis Collegii cardinalium Camerarius Sifridum episcopum Caminensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum per manus Hermanni facta quitat.

Romae, die 12 novembris, 1427.

Franciscus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Sifridus episcopus Caminensis pro parte etc., termino nondum elapso florenos auri de Camera quadraginta^{a)} per manus reuerendi in Christo patris Harmandi Dwergh Sedis apostolice protonotarii nobis pro ipso Collegio recipientibus die date presentium solui fecit. De quibus etc. Verum intellecta mole grauaminum pro parte reuerendi patris eiusdem domini episcopi etc., usque ad octo menses proxime futuros terminum sibi duximus prorogandum. In quorum etc. Datum Rome, die duodecima mensis nouembris, anno a Natuitate etc., M^oCCCC^oXXVII^o, pontificatus etc., domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno decimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 97': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Caminensis.

a) *in margine dextro: « corr(exit Reate ».*

Antonius tituli Sanctae Susanna presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Andream episcopum Luceoriensem pro solutione totali suorum communis et unius minuti servitiorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum facta quitat.

Romae, die 14 iunii, 1428.

Antonius etc.,^{a)} quod reuerendus in Christo pater dominus Andreas episcopus Lucioriensis, pro totali solucione communis et minuti seruiciorum in quibus etc., ac termino iam diu elapso florenos auri de Camera sedecim, solidos quadraginta unum, et denarios octo per manus spectabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis, mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium nobis etc., die date presencium solui fecit. De quibus etc. Et insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Rome, die decima quarta mensis junii, anno Domini MCCCCXXVIII, pontificatus domini Martini pape V-ti anno undecimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 63 f. 115: in fine: floren. III, gross. III, in margine dextro: Pro minuto ultra dictam sommam soluit florenum unum, solidos XXVI, denarios VI. Petrus Pongneterii, in margine sinistro: Lucioriensis.

a) tituli Sanctae Susanna sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis Aquilegensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

Antonius tituli Sanctae Susanna presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione partis suorum communis et minuti servitiorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum facta quitat.

Romae, die 27 septembbris, 1428.

Antonius etc. quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Wladislauensis, pro parte suorum communis et minuti seruitiorum in quibus etc., ac termino nondum elapso ratione promotionis sue ad dictam ecclesiam Camere dicti Collegii etc., florenos auri de Camera ducentos quinquaginta nobis etc., per manus honorabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die vicesima

septima mensis septembbris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octauo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini, diuina prouidentia, pape quinti anno undecimo.

Die lune, XII Kal. octobris, ad relationem domini cardinalis de Comitibus prouisum fuit ecclesiae Terresauritarum, vacanti per obitum quondam domini Johannis ipsius ecclesie ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Petri de Lomberk presbyteri Leopoliensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 38': in margine sinistro: Terresauritarum.

Provisio ecclesiae Premisliensi de persona Petri praepositi Sancti Floriani Cracoviensis dioecesis.

[*Florentiae*], die 8 martii, [1436].

Die veneris, VIII Idus marcii, ad relationem domini episcopi Portuensis cardinalis Placentini prouisum fuit ecclesie Premisliensi vacanti per obitum quondam Januczii ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Petri prepositi ecclesie Sancti Floriani extra muros Cracovienses ad ipsam ecclesiam promoti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 49: in margine sinistro: Primisliensis.

Provisio ecclesiae Mednicensi de persona Jacobi canonici Vilnensis.

[*Florentiae*], die 18 maii, [1436].

Die veneris, XV Kal. junii pontificatus anno VI^o, ad relationem domini cardinalis Placentini prouisum fuit ecclesie Mednicensi vacanti per obitum quondam Nicolai ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Jacobi canonici Wilnensis ecclesie ad ipsam ecclesiam promoti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 49: in margine sinistro: Medniczensis.

Provisio ecclesiae Sebastensi de persona Henrici Vongersch.

[*Florentiae*], die 25 maii, [1436].

Die veneris, VIII Kal. junii anno sexto, ad relationem domini episcopi Portuensis prouisum fuit ecclesie Sebastensi vacanti per obitum domini Martini ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona fratris Henrici Vongersch ordinis Heremitarum Sancti Augustini Caminensis diocesis ad dictam ecclesiam promoti et sibi concessum fuit per dominum nostrum, quod possit exercere pontificalia in ciuitate et diocesi Caminensi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 50: in margine sinistro: Sebastensis.

Provisio ecclesiae Leopoliensi de persona Joannis Odrowąż.

[*Florentiae*], die 25 februarii, [1437].

Die lune, V-to Kal. marcii anno V-to, ad relationem domini cardinalis Portuensis prouisum fuit ecclesie Leopoliensi in partibus Russie, vacanti per obitum domini Johannis ultimi archiepiscopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Johannis Odrowansz prepositi eiusdem ecclesie ad ipsam electi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 58: in margine sinistro: Leopoliensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Vincentii (Kot).

[*Florentiae*], die 15 martii, [1437].

Die veneris, Idus marcii anno VII^o, ad relationem domini cardinalis Veneciarum prouisum fuit ecclesie Gnezenensi vacanti per obitum quondam domini Alberti ultimi archiepiscopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Vincentii de Dambno eiusdem ecclesie custodis ad ipsam ecclesiam electi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 57: in margine sinistro: Gnezenensis.

Provisio ecclesiae Moldaviensi de persona fratris Petri Grisper ordinis Praedicatorum.
 [Florentiae], die 30 aprilis, [1438].

Die mercurii, pridie Kal. maii anno VIII^o, ad relationem domini episcopi Portuensis prouisum fuit ecclesie Maldauiensi vacanti per obitum domini Johannis ultimi ipsius episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona fratris Crisper ordinis Predicorum professoris, ad ipsam ecclesiam promoti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v..66 f. 65: in margine sinistro: Maldauiensis.

Provisio ecclesiae Poznaniensi de persona Andree de Bnyn.
 [Florentiae], die 21 iulii, [1438].

Die lune, XII Kal. augusti anno octauo, prouisum fuit ecclesie Poznaniensi vacanti per obitum quondam domini Stanislai ipsius ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona domini Andree de Bnyn canonici Poznaniensis electi per capitulum, siue ipsius capituli maiorem partem, et ad ipsam ecclesiam promoti. Et hoc ad relationem domini cardinalis Sancte Crucis J(herosolimitani.)

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 66': in margine sinistro: Poznaniensis.

Provisio ecclesiae Plocensi de persona Pauli de Gižycze.
 [Florentiae,] die 21 augusti, [1439.]

Die veneris, XXI mensis augusti anno nono, ad relationem domini F(rancisci) cardinalis Venetiarum prouisum fuit ecclesie Plocensi, per obitum domini Stanislai olim illius episcopi extra Romanam Curiam defuncti vacanti, de persona Pauli de Giissziicze scolastici Cracouiensis in sacerdotio constituti et ad ipsam ecclesiam electi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 71': in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

Provisio ecclesiae Nicopolitanae titulari de persona Guilelmi de Polonia.
 [Florentiae,] die 16 maii, [1442.]

Die mercurii, XVII^o Kal. junii, prouisum est ecclesie Nicopolensi prouincie Cesariensis ad relationem domini Placentini, de persona magistri Guillelmi de Polonia ordinis Heremitarum Sancti Augustini.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 66 f. 83': in margine sinistro: Nicopolensis.

XXXVI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67.*

Eugenii IV solutiones,
ab anno 1434 ad annum 1447 (a die 14 iulii ad diem 15 februarii),
ff. 1-110 olim ff. 1-92.
f. 1: "Liber obligacionum particularium primus, inceptus Florencie die X^o mensis julii anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXXIII^o, inductione duodecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, diuina prouidencia, pape quarti anno quarto."
Sine indicibus, tituli marginales.

Nicolaus de Spiczimierz obligavit se Camerae pro annata p[re]positurae ecclesiae Sancti Egidii Wratislaviensis dioecesis.

[*Florentiae,] die 22 [septembris, 1434.]*

Die XXII eiusdem mensis Nicolaus Spicziner prepositus ecclesie Sancti Egidii Wratislaviensis diocesis principalis, obligauit se Camere ad soluendum medietatem annate seu mediorum fructuum primi anni dicte prepositure infra duos menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios duos immediate sequentes hic in Curia, cuius fructus etc., XVIII marcharum argenti communis existimationis et ita promisit, jurauit, obligauit in forma, et tulit sentencias in scriptis dominus Johannes de Reate, dicte Camere clericus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 3: in fine: Miletus Thenini notarius, in margine sinistro: Wratislaviensis.

Joannes Nicolausdorff obligavit se Camerae pro annata canonicatus et p[re]bendae ecclesiae Wratislaviensis.

[*Florentiae,] die 25 septembris, [1434.]*

Die XXV mensis septembris, Johannes Niclosdorff principalis, obligauit se Camere ad soluendum medietatem annate seu mediorum etc., primi anni canoniciatus et prebende ecclesie Wratislaviensis, quorum fructus XIIII marcharum argenti communis existimationis hic in Curia infra duos menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios duos menses immediate sequentes et ita promisit, jurauit, obligauit in forma etc. Et tulit sentencias in scriptis dominus Johannes de Reate.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 3': in fine: Miletus Thenini, in margine sinistro: Wratislaviensis.

Borsza Wradim principalis per seipsum et Joannem Regalez procuratorem suum promisit solvere Camerae pro annata canonicatus et p[re]bendae ecclesiae Plocensis 24 marchas argenti.

[*Florentiae, die 8 [februarii, 1435.]*

Die VIII eiusdem Borsza Wradim principalis et Johannes Rogales causarum sacri palacii notarius, tamquam principalis et nomine prefati Borsza et eorum quilibet in solidum promiserunt soluere Camere apostolice hic in Curia infra sex menses a die adeptae possessionis incipiendo et promisit prefatus Borsza certificare infra quatuor menses Cameram apostolicam seu prefatum Johannem de possessione adepta uel non adepta annate canonicatus et prebende ecclesie quorum sessione adepta uel non adepta annate canonicatus et prebende ecclesie Plocensis quorum fructus etc., viginti quatuor marcharum argenti puri communis existimationis et ita promiserunt, jurauerunt, renuntiauerunt, obligauerunt in forma etc. Et tulit sentencias G(uillelmus) de Prato, dicte Camere clericus. Actum, ut supra^{a)}, presentibus N(icolao) de Leys et me M(ileto) Thenini notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 8: in margine sinistro: Plocensis.

a) actum Florencie, in Thesauraria Camere.

Janussius Wlodconis per Thadaeum de Treviso et Thomam Andreea procuratores suos obligavit se Camerae pro complemento annatae canonicatus et p[re]bendae ecclesiae Unieiovensis Gneznensis dioecesis.

[*Florentiae,] die 9 martii, 1435.*

Die VIII mensis marci MCCCCXXXV, venerabiles viri domini Tadeus de Triuilio procurator domini Janussi Wlodconis et Thomas Andree canonicus Wla-

dislauiensis, tamquam principaliis et priuata persona obligauit se Camere nomine prefati Janussii canonici ecclesie Uneyouensis Gneznensis diocesis ad soluendum hic in Curia infra octo menses proxime futuros florenos auri de Camera centum et quinque pro complemento seu residuo annate canonicatus et prebende dictae ecclesie Uneyouensis et ita promiserunt, jurauerunt, renunciauerunt etc., obligauerunt in forma etc. Prefatus Tadeus procuratorio nomine prout patet in obligacione generali et Thomas tamquam principalis et tulit sententias dominus Locumtenens, presentibus Antonio de Sarzana dictae Camere notario et Paulo Fastelli de Florentia et me M(ileto) Thenini notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 10: in margine sinistro: Gneznensis.

378

Paulus Wlodconis de Sarnow principalis et Joannes Nicolai Rogalez obligaverunt se Camere ad solvendum complementum annatarum parochialis ecclesiae in Spiczimierz.

[Florentiae,] die 19 martii, [1435.]

Die XVIII mensis marci, Paulus Wlodconis de Sarnow principalis et Joannes Nicolai Rogalez notarius causarum sacri palacii apostolici, tamquam principalis et priuata persona, vice et nomine prefati Pauli et eorum quilibet in solidum promiserunt soluere Camere apostolice hic in Curia infra sex menses a die possessionis adeptae incipiendo viginti florenos auri de Camera pro complemento annate seu mediorum fructuum primi anni etc., parochialis ecclesie in Spiczimierz Gneznensis diocesis. Et ita promiserunt, renunciauerut, jurauerunt etc., obligauerunt in forma prout sunt obligati in libro 2º obligationum Eugenii, folio CXXVII, et tulit sententias in scriptis dominus B(enedictus) de Llante dictae Camere clericus, presentibus venerabilibus viris dominis Johanne Litost et Roberto de Laporta et me M(ileto) Thenini notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 10': in margine sinistro: Gneznensis.

379

Joannes Stanislai per Stanislaum Manczimiri procuratorem suum promisit Camere solvere pro annata canonicatus et praebendae ecclesiae Sancti Viti Crusviensis Wladislaviensis dioecesis.

[Florentiae,] die 26 iunii, [1435.]

Die XXVIII dicti mensis junii, Johannes Stanislai principalis et Stanislaus Manczimiri canonicus ecclesie Wladislauensis, ut principalis et priuata persona, vice et nomine prefati Johannis et eorum quilibet in solidum, promiserunt soluere Camere apostolice in Curia infra sex menses a die adeptae possessionis incipiendo annatas seu medios fructus etc., canonicatus et prebende ecclesie Sancti Viti Cruschiuciensis Wladislauensis diocesis, quorum fructus etc., duodecim marcharum argenti communis existimationis et ita promiserunt, jurauerunt, renunciauerunt, obligauerunt in forma etc. Et tulit sententias Johannes de Reate.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 13': in fine: M(iletus) Thenini, notarius. in margine sinistro: Wladislauensis.

380

Godscalcus Uppniberg per Joannem Slore procuratorem suum promisit Camerae, solvere pro annata canonicatus et praebendae ecclesiae Crusviensis Wladislaviensis dioecesis.

[Florentiae,] die 28 mai, [1437.]

Die XXVIII eiusdem mensis venerabilis vir dominus Johannes Slore sacre penitenciarie litterarum scriptor, ut principalis et priuata persona vice et nomine Godscalci Uppniberg, promisit soluere Camere apostolice in Curia infra quatuor

menses a die possessionis adeptae incipiendo annatas seu medios fructus etc., canonicatus et prebende ecclesie Cruswicensis Wladislauiensis diocesis, quorum fructus etc., decem marcharum argenti communis existimationis etc. Ita promisit, juravit, renuntiauit, obligauit in forma etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 35: in fine: Miletus Thenini, in margine sinistro: Wladislauiensis.

Mathias de Minori C(rosino) obligavit se Cameræ nomine Jacobi de Gorka et Nicolai Chebde ad docendum de solutione annatarum praepositurae Beatae Mariae Virginis Unieiovensis, et beneficiorum permundandorum atque ad illorum solutionem in casu solutionis non factae.

[Florentiae,] die 23 [augusti, 1443.]

Die XXIII eiusdem mensis, Mathias de Minori Crosino canonicus Poznaniensis, ut principalis etc., obligauit se Camere nomine Wyschothe Jacobi de Gorka, ad docendum de solucione annate prepositure ecclesie Beate Marie Unigeniti Gneznensis dioecesis, casu quo reperietur aliqua obligatio, vel solvendum casu quo non docebit etc. Ac nomine Nicolai Chebde ad docendum similiter de soluta annata beneficiorum permutandorum, casu quo reperietur obligatio, vel solvendum ut supra, iuxta tenorem bulle sub data VI Idus julii, anno XIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 67 f. 65: in margine sinistro: Gneznensis.

XXXVII *Arch. Vat. Obl. Sol.* v. 68.

*Eugenii IV solutiones,
ab anno 1437 ad annum 1443 (a die 27 septembris ad diem 20 septembris),
ff. 1-202 olim ff. I-LXXXV, f. 25 olim f. 1.
Indices, tituli marginales.*

*Commissio episcopo Premisiensi data ad informandam Cameram apostolicam
de vero valore ecclesiae Leopoliensis.* Bononiæ die 5 octobris 1437

Bononiae, die 5 octobris, 1437.

Commissio directa episcopo Primisliensi seu eius vicario ad informandum Cameram apostolicam et sacrum Collegium de vero valore ecclesie Leopolitensis, etc. Datum Bononie, die quinta mensis octobris, anno a Nativitate Domini M^oCCCC-mo XXXVII^o, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno VII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 68 f. 25': *in fine*: floren. I. gross. II.

Dominicus tituli Sanctae Mariae in Via Lata diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Andream episcopum Poznaniensem pro solutione communis et minutis servitiorum suorum per manus Antonii Rabat mercatoris factat quitat.

Ferrariæ, die 22 decembris, 1438.

Dominicus etc.^{a)}, quod reuerendus pater dominus Andreas episcopus Posnaniensis pro totali solutione suorum communis et minuti seruitiorum, in quibus sub certis penis etc. ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera ducentos viginti duos, solidos undecim, denarium unum, reuerendissimo in Christo patre domino Angeloto, tituli Sancti Marci presbytero cardinali tunc dicti Collegii Camerario pro dicto Collegio recipiente, usque in diem septimam mensis augusti

proxime preteriti, per manus honorabilis viri Antonii de Rabat, mercatoris Florentini etc., solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Datum Ferrarie, die vicesima secunda mensis decembris, anno a Nativitate Domini M^oCCCC-mo XXXVIII^o, pontificatus domini Martini pape quinti anno octauo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 68 f. 44': *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine sinistro*: Episcopus Posnaniensis.

a) miseratione diuina Sancte Marie in via Lata diaconus cardinalis Firmanus vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes.

384

Dominicus tituli Sanctae Mariae in Via Lata diaconus Cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Paulum episcopum Plocensem pro totali solutione communis et minuti servitiorum suorum per manus Joannis decani Wratislaviensis facta quitat.

Florentiae, die 9 septembris, 1439.

Dominicus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Paulus episcopus Plocensis pro totali solutione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera ducentos viginti quinque nobis etc., per manus venerabilis et circumspecti viri domini Johannis decani Wratislauiensis die date etc. In quorum etc. Datum Florencie, die nona mensis septembris, anno a Nativitate Domini M^oCCCC-mo XXXVIII^o, pontificatus domini Eugenii pape quarti anno nono.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 68 f. 57': *in fine*: floren. II, gross. II, *in margine sinistro*: Episcopus Plocensis.

XXXVIII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 69.

Eugenii IV divisiones,
ab anno 1437 ad annum 1443 (a die 21 iunii ad diem 14 septembris),
ff. 1-223 olim ff. I-CII, f. 22 olim f. I.
Indices, tituli marginales.

385

Divisio pecuniae per Andream episcopum Poznaniensem solutae.

Ferrariae, [die 7 augusti, 1438.]

Ferrarie, die predicta dominus Andreas episcopus Posnaniensis soluit florenos II-C XXII, solidos XI. Fuit promotus Ferrarie XX-mo Kal. augusti, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno VIII^o. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, videlicet: Bononiensis, Placentinus, Sancti Marcelli, Sancte Crucis, Veneciarum, Sancti Marci, Sancte Sabine, Columna, Firmanus. Capiunt clerici Collegii florenos II, solidos XI. Restant floreni II-C XX, denarius I. Capit quilibet dominorum florenos XXIII-or, solidos XXII, denarios II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 69 f. 45': *in margine sinistro*: Episcopus Posnaniensis.

386

Divisio pecuniae per Paulum episcopum Plocensem solutae.

Florentiae, [die 9 septembris, 1439.]

Florencie, dicta die dominus Paulus episcopus Plocensis soluit florenos II-C XXV. Fuit promotus Florentie die XXI-ma mensis augusti, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno nono. Fuerunt in eius promotione cardinales VIII, vide-

licet: Bononiensis, Placentinus, Sancte Crucis, Veneciarum, Sancti Marci, Sancte Sabine, Columpna, Firmanus. Capiunt clerici Collegii florenos II, solidos XII, denarios VI. Restant floreni II-C XXXII solidi XXXVII, denarii VI. Capit quilibet dominorum florenos XXVII, solidos XLII, denarios II.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 69 f. 67: in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

XXXIX *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70.*

Eugenii IV obligationes,

ab anno 1431 ad annum 1440 (a die 14 martii ad diem 15 ianuarii),

ff. 1-291 olim ff. I-CCXLVII,

f. 27 olim f. I: « Sequuntur obligationes prelatorum in Camera apostolica tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, diuina prouidentia, pape quarti anno primo pontificatus sui, facte et recepte de communibus et minutis seruitiis ratione prouisionum debitiss et consuetis.”

Indices, tituli marginales.

387

Stanislaus episcopus Kioviensis obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 4 iulii, [1432.]

Die IIII-a mensis julii, reuerendus in Christo pater dominus Stanislaus electus Kyouiensis obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo communi seruitio florenos auri de Camera triginta tres et unum tertium similis floreni ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorum autem medietatem infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, submisit, jurauit, renuntiauit et se obligauit in forma. Et dominus episcopus Electensis Locumtenens tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum ubi supra^a, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Nicolaio de Valle, Johanne de Boscolis et aliis dicte Camere clericis testibus et me Phylipp de Piscia.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 62: in margine dextro: Cardinales XII, in margine sinistro: Electi Kiowiensis.

a) Actum Rome, apud Sanctum Petrum in Thesauraria apostolica.

388

Wladislaus electus Wladislaviensis per Nicolaum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1000 et quinque minuta servitia consueta.

Romae, die 21 aprilis, [1434].

Die XXI aprilis, venerabilis vir dominus Nicholaus prepositus ecclesie Cra- couiensis domini nostri pape cubicularius, tamquam principalis et priuata persona vice et nomine reuerendi in Christo patris domini Wladislai electi Wladislauensis in Polonia, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruitio debito ratione prouisionis dicte ecclesie de sua persona facte florenos auri de Camera mille ad quos dicta ecclesia reperitur taxata et quinque minuta seruitia consueta pro familiaribus et officialibus do-

mini nostri pape et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex post immediate sequentes soluere promisit, submisit, renuntiauit, jurauit et se obligauit in forma. Et dominus Locumtenens supra dictus tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum ubi supra, presentibus his quibus supra ^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 109: in margine dextro: Cardinales VI, in margine sinistro: Ecclesie Wladislauensis.

a) Actum Rome in Thesauraria apostolica apud Sanctum Crisogonum, presentibus venerabilibus dominis Bartholomeo de Llante, Guilelmo de Prato et me A(ntonio) de Pisis notario.

389

BogdaluS abbas monasterii in Tyniec per Joannem Rey procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 115 et quinque minuta servitia consueta.

Florentiae, die 9 martii, [1436].

Die VIII mensis marci, venerabilis vir dominus Johannes Rey Canonicus Posnaniensis tamquam principalis et priuata persona, vice et nomine venerabilis in Christo patris domini Bogdali abbatis monasterii Tinicensis ordinis Sancti Benedicti Cracouensis diocesis, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro suo communi seruitio debito florenos centum quindecim auri de Camera ad quos dictum monasterium taxatur et quinque minuta seruitia consueta. Quorum medietatem infra octo menses proxime uenturos et reliquam medietatem infra alios octo menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, obligauit, submisit et jurauit etc. Et dominus Locumtenens tulit sententias in scriptis. Actum ubi supra, presentibus quibus supra ^{a)} et me Cino de Lambardis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 165: in margine dextro: Cardinales XII, in margine sinistro: Monasterium Tinicense.

a) Actum Florentie in Thesauraria dicte Camere, presentibus venerabilibus dominis clericis dicte Camere Bartholomeo de Llante, Guilelmo de Prato.

390

Petrus episcopus Premisiensis per Clementem Stanislai procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 150 et quinque minuta servitia consueta.

Bononiae, die 15 maii, [1436].

Die martis XV maii, venerabilis vir dominus Clemens Stanislai canonicus Clacouiensis ut principalis et priuata persona, nec non vice et nomine reuerendi in Christo patris domini Petri Imekami electi ecclesie Przemysliensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo comuni seruitio florenos centum quinquaginta auri de Camera ad quos dicta ecclesia reperitur taxata et quinque minuta seruitia consueta pro familiaribus et offitrialibus domini nostri pape et dicti Collegii. Eorumdem autem communis et minutorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses proxime immediate sequentes soluere promisit, obligauit etc., submisit etc., renumpriauit etc., jurauit etc. Et reuerendissimus in Christo pater dominus Franciscus cardinalis et Camerarius tulit sententias in scriptis in forma. Bonone in Thessauraria apostolica, presentibus venerabilibus dominis Nicolao de Valle et Rosello de Rosellis apostolice Camere clericis testibus etc. et me P(aulo) de Sancto Geminiano dicte Camere apostolice notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 170: in margine dextro: Cardinales VIII, in margine sinistro: Electi Przemysliensis.

159

Joannes electus Leopoliensis per Mathiam Bernardi procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 100 «et illud plus vel minus secundum quod dicta ecclesia in partibus reperietur taxata» et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae, l die 18 martii, [1436].*

Die XVIII martii, venerabilis vir dominus Mathias Bernardi rector parrochialis ecclesie in Drohobicz Premisiensis diocesis, tamquam principalis et priuata persona nomine reuerendi patris domini Johannis electi Leopoliensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo communi seruitio florenos auri de Camera centum et illud plus uel minus secundum quod dicta ecclesia in partibus reperietur taxata et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proxime futuros et reliquam medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, renuntiauit etc. Actum in Thesauraria apostolica presentibus Michaele Ronxelli et Jacobo Ferricio canonicu Tarentino, et dominus Rozellus de Rozellis tulit sententias in scriptis, et me R(oberto) Paradisi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 196: in margine dextro: Cardinales VIII^o, in margine sinistro: Electi Leopoliensis.

Vincentius electus Gneznensis per Thomam de Strzempino, Joannem Chebde et Joannem Lutkonem de Brzezie procuratores suos obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Bononiae, die 8 aprilis, [1437].*

Die lune octaua mensis aprilis, venerabiles viri domini Thomas de Stzom-pino decretorum doctor, Johannes Chebde de Neywesch et Joannes Lutcho-nem de Brizèze canonici Gnesnensis, procuratores et procuratorio nomine reuerendi patris domini Vincentii electi Gnesnensis, prout de ipsorum procura-tionis mandato constat publicum instrumentum, manu publici notari Mathie Czecoslay de Minori Croszinio clerici Gnesnensis notarii publici auctoritate im-periali, sub die V-ta decembris proxime preteriti confectum in Camera aposto-lica productum et dimissum, dicto procuratorio nomine obtulerunt Camere apo-stolice et Collegio reuerendissorum dominorum cardinalium pro suo communi seruitio florenos auri de Camera quinque milia, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem medietatem infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes dictis nominibus soluere promiserunt, submisserunt etc., obligauerunt etc., renuntiarunt etc., et jurauerunt ut in forma. Et dominus Camerarius tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum Bononia in domo ipsius domini Camerarii, presentibus dominis Rosello de Rosellis dicte Ca-mere et Jacobo Radulfi dicti Collegii clericis testibus et me Phylippo de Piscia. Eadem die et hora, honorabilis vir Antonius de Piscia mercator Florentinus, pro se ipso ac vice et nomine nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis et so-ciorum suorum in Romana Curia sequentium, promisit et conuenit dicto cardinali Camerario recipiente et stipulante, pro sanctissimo domino nostro ac Camera apostolica, nec non prefato Collegio dominorum cardinalium soluere dictae Ca-mere seu ipso domino nostro pro residuo portionem eiusdem domini nostri de dicto communi seruitio florenos auri de Camera quingentos et tria minuta serui-tia familiaribus et officialibus domini pape debita nec non soluere dicto Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium etiam id totum et quicquid Collegium restat habere occasione dicti communis et unius minutis seruitiorum a florenis mille quingentis supra quos ipsum Collegium pro parte dictorum communis et minutis seruitiorum dicitur recepisse infra quatuor menses proxime futuros aut

post dictum terminum immediate restituere ipsi domino Camerario, ut supra recipienti, bullas prouisionis dicte ecclesie Gnesnensis de persona dicti domini Vincentii factas, sigillatas prout idem dominus Camerarius fecit. Alias dictus Antonius submisit, obligauit etc. Actum ut supra, presentibus eisdem testibus.
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 197: in margine dextro: Cardinales VIII, in margine sinistro: Electi Gnesnensis.

393

Petrus electus Moldaviensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 35, « vel illud plus vel minus ad quod dicta ecclesia taxabitur iuxta informationem de partibus reportandam » et quinque minuta servitia consueta.

[Ferrariae,] die 31 maii, [1438].

Die XXXI eiusdem mensis maii, reuerendus in Christo pater dominus Petrus electus Moldauiensis principalis obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo communi seruicio debito ratione prouisionis sibi de dicta ecclesia Moldauensi facta florenos auri de Camera virginis quinque, vel id plus et minus ad quod dicta ecclesia taxabitur iuxta informationem de partibus reportandam et quinque minuta servitia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape et dictorum dominorum cardinalium. Eorumdem autem communis et minutorum medietatem infra sex menses et reliquam medietatem infra alios sex menses immediate sequentes soluere promisit, jurauit, renuntiauit, obligauit se in forma etc. Et dominus etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 229: in margine dextro: Cardinales... in margine sinistro: Electi Moldauiensis.

394

Andreas electus Poznaniensis per Joannem Twardowski et Joannem Lutkonem de Brzezie procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta.

[Ferrariae,] die 30 iulii, [1438].

Die XXX mensis julii, venerabilis vir dominus Johannes Twardowskii archidiaconus Sizemensis^{a)} in ecclesia Poznaniensi et Johannes Luconis de Bizeze Gneznensis et Poznaniensis ecclesiarum canonicus, ut tamquam principales et priuate persone ac ut tamquam procuratores legitimi reuerendi in Christo patris domini Andree, Dei gratia, electi ecclesie Poznaniensis, de quorum mandato legitimo constat publico instrumento manu magistri Nicholai Sobrogostii de Sobotha clerici et publici notarii Poznaniensis diocesis in pergamenio scripto, consignato sub data anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXXVIII^o et die ultimo mensis februarii et in Camera apostolica dimisso, obtulerunt Collegio pro suo communi seruizio ratione prouisionis de dicta ecclesia Poznaniensi eidem domino Andree facta florenos auri de Camera quadringentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape debita. Eorumdem autem communis et minutorum medietatem infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promiserunt, submiserunt, renuntiauerunt, jurauerunt se in forma, solite sollempniter obligauerunt etc. De quibus etc. Et dominus A(ntonius) Locumtenens tulit sententias in scriptis presentibus venerabilibus dominis Nicolao de Valle et Jacobo de Racaneto dicte Camere clericis et me G(uillelmo) de Vulterriss dicte Camere notario.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 232: in margine dextro: Cardinales..., in margine sinistro: Electi ecclesie Poznaniensis.

a) Sremensis.

Paulus electus Plocensis per Joannem decanum Wratislaviensem obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Florentiae,*] die 7 septembris, [1439].

Die VII septembris, honorabilis vir dominus Johannes decanus Vescislauiensis procurator et nomine procuratorio reuerendi in Christo patris domini Pauli electi Plocensis pro quo rato promisit, obtulit Camere et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum pro suo communi seruitio dicte ecclesie florenos auri de Camera quadringentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses soluere promisit, pro quibus se promisit, obligavit, jurauit et renuntiauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 70 f. 263': in margine dextro: Cardinales VIII, in margine sinistro: Ecclesie Plocensis.

XL *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 71,*

Eugenii IV obligationes,

ab anno 1443 ad annum 1447 (a die 20 octobris ad diem 3 martii),

ff. 1-77 olim ff. I-LIII,

ff. 29 olim f. I: «Rome MCCCCXLII.»

f. 72 olim f. XLIII: «Et sic est finis libri obligacionum pape Eugenii Quarti.»

In parte interiore involuci: «Un duplikato di questo tomo di obligazioni sta nell'Archivio del sacro Collegio segnato, Obligazioni n. L.»

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

XLI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72.*

Eugenii IV, Nicolai V, Calisti III provisiones,

ab anno 1443 ad annum 1457 (a die 11 octobris ad diem 19 decembris),

ff. 1-159 olim ff. 1-107, f. 26 olim f. 1,

ff. 1-49 Eugenii IV,

ff. 49-90 Nicolai V,

ff. 90'-107 Calisti V.

f. 49 olim f. XXXIII: «Hic incipiunt prouisiones facte per sanctissimum dominum nostrum dominum Nicolaum, papam quintum, pontificatus sui anno primo.»

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 29.

Provisio ecclesiae titulari Cimbaliensi de persona Bernardi. (Cfr. N. 419)

[*Romae,*] die 15 maii, [1447].

Die lune Idus maii, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem reuerendissimi patris domini cardinalis Tarentini prouidit ecclesie Cimbaliensi titulari, de persona domini Bernardi canonici regularis Sancti Augustini, vacanti per obitum quandam Johannis ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 51: in margine sinistro: Cimbaliensis, titularis.

Provisio ecclesiae titulari Coliponensi de persona Nicolai Ruten. (Cfr. N. 420)
 [Romae, die 25 aprilis, 1447].

Predictis die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis de Columna prouidit ecclesie titulari Coliponensi fratrem Nicolaum Ruten monachum ordinis Cisterciensis, vacanti per obitum quondam Bernardi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 51': in margine sinistro: Coliponensis.

Provisio monasterio Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses de persona fratris Francisci Nerdorff. (Cfr. N. 421)
 [Romae, die 21 aprilis, 1449].

Eisdem die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis Sancti Sixti prouidit monastero Sancti Vincencii extra muros Wratislauiensis ordinis Premonstratensis, de persona fratrī Francisci Nerdorff et superioris dicti monasterii ad ipsum electi, vacanti per obitum Nicolai etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 61': in margine sinistro: Monasterium Sancti Vincencii extra muros Wratislauiensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona (Wladislai) de ecclesia Wladislaviensi translati. (Cfr. N. 422)
 [Romae, die 28 iulii, 1449].

Eisdem die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem dominorum cardinalium Marinensis et Firmani absoluit reuerendum patrem dominum Wladislauensem a vinculo quo dicte ecclesie tenebatur et ipsum transtulit ad ecclesiam Gnesnensem, vacantem per obitum quondam Vincencii olim episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 62: in margine sinistro: Gneznensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 423)
 Romae, die 15 maii, [1447].

Dictis die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem dictorum cardinalium^{a)}, prouidit ecclesie Wladislauensi, ut supra vacanti, de persona domini Nicolai decani ecclesie Cracouiensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 62': in margine sinistro: Wladislauensis.

a) ut immediate supra.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Joannis. (Cfr. N. 424)
 [Romae,] die 12 ianuarii, [1451].

Die lune pridie Idus januarii, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto prouidit ecclesie Wladislauensi in prouincia Gneznensi, de persona domini Johannis custodis eiusdem ecclesie, vacanti per obitum Nicolai ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 69': in margine sinistro: Wladislauensis.

Provisio ecclesiae Leopoliensi de persona Gregorii. (Cfr. N. 425)

[*Romae,*] die 17 martii, [1451].

Die mercurii XVI Kal. aprilis, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem domini Firmani prouidit ecclesie Leopoliensi, de persona domini Gregorii magistri in artibus et canonicci Veradiensis, vacanti per obitum quondam Johannis ultimi extra Romanam Curiam etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 70': in margine sinistro: Leopoliensis.

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 426)

[*Romae,* die 12 augusti, 1452].

Eisdem die et loco, ad relacionem domini Metensis prouidit ecclesie Primisiensi in Russia provincie Fugnensis^{a)}, de persona domini Nicolai custodis Cra-
couiensis, vacanti per obitum quondam Petri ultimi episcopi extra Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 77: in margine sinistro: Primisiensis.

a) sic in ms.

Provisio ecclesiae Chełmensi de persona Joannis. (Cfr. N. 427)

[*Romae,*] die 18 augusti, [1452].

Die veneris XV Kal. septembris, sanctissimus dominus noster ad relationem domini Metensis prouidit ecclesie Celmensi prouincie Leopoliensis, de persona Johannis, vacanti per obitum quondam Johannis ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 77: in margine sinistro: Celmensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Joannis de Sprowa. (Cfr. N. 428)

[*Romae,*] die 15 octobris, [1453].

Die lune Idus octobris, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad dominorum Rothomagensis et Sancti Angeli cardinalium relationem, de persona domini Johannis de Sprouua canonici Geneznensis, prouidit ecclesie Genize-
nensi, tunc vacanti per obitum quondam Wladislai archiepiscopi Geneznensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 83': in margine sinistro: Geneznensi.

Provisio ecclesiae Vilnensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 429)

[*Romae,*] die 17 octobris, [1453].

Die mercurii XVI Kal. nouembris, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem cardinalis Firmani, de persona domini Nicolai prepositi ecclesie Villensis prouidit eidem ecclesie, tunc vacanti per quondam Mathie epi-
scopi Villensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 83': in margine sinistro: Villensis.

Provisio ecclesiae Cracoviensi de persona Thomae de Stampino. (Cfr. N. 430)
 [Romae,] die 25 septembris, [1455].

Die iovis XXV mensis septembris, reuerendus dominus noster ad relacionem domini cardinalis Sancte Crucis, de persona domini Thome de Stampino canonici Cracouiensis magistri in theologia et de nobili gente ex utroque parente procreati, in sacerdotio et etate legitima constituti, prouidit dicte ecclesie, tunc vacanti per obitum bone memorie domini Sbignei tituli Sancte Prisce sancte Romane Ecclesie cardinalis et ultimi ipsius episcopi Cracouiensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 91': in margine sinistro: Cracouiensis.

Provisio ecclesiae Lubucensi de persona Frederici Sesselman. (Cfr. N. 431)
 [Romae,] die 1 decembris, [1455].

Die lune prima decembris, sanctissimus dominus noster ad relacionem domini cardinalis Sancte Crucis in consistorio secreto prouidit ecclesie Lubucensi, de persona domini Frederici Sesselman illius prepositi utriusque iuris doctoris, vacanti per obitum quondam Johannis ultimi episcopi Lubucensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 92': in margine sinistro: Lubucensis.

Provisio ecclesiae titulari Alboliensi de persona fratris Joannis Pellecz. (Cfr. N. 432)
 [Romae], die 1 martii, [1456].

Die lune prima mensis marci, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relacionem reuerendissimi domini cardinalis Sancte Crucis ecclesie Alboliensi tunc per obitum bone memorie Bernardi ipsius ecclesie quondam episcopi vacanti de persona venerabilis et reuerendi fratris Johannis Pellecz in theologia et ordinis Minorum professoris prouidit, proficiendo ipsum eidem ecclesie in episcopum et pastorem curam etc., nec non eidem Johanni, ut assidente ad hoc consensu moderni episcopi Wratislauiensis seu pro tempore existentis, pontificalia in ciuitate et diocesi Wratislauensi libere et liceite exercere possit et valeat indulxit atque concessit nec non eidem Johanni ducentos floreros auri de Camera dicti huiusmodi Wratislauensis consensu liceite ad hoc interueniente, super fructibus etc., mense episcopalnis Wratislauensis, per ipsum modernum episcopum et successores suos Wratislauenses, singulis annis pro statu suo condigne seruando persoluendos, quoque beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura, si canonicatus et prebenda dicte ecclesie Wratislauensis fuerint tanti valoris canonice assecuti extiterit, ad que una cum Alboliensi ecclesia quo adiunxerit in commendam obtinendam secum auctoritate apostolica dispensauit, dicta auctoritate reseruauit, constituit ac assignauit.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 94': in margine sinistro: Alboliensis.

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Jacobi de Roseberg, cui super defectum aetatis dispensatur atque ad biennium preeposituram et prioratum hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani in Straconicz Pragensis dioecesis simul retinere permittitur. (Cfr. N. 433)
 [Romae], die 9 iunii, 1456.

Die mercurii nona mensis junii MCCCCLVI-to, sanctissimus dominus noster dominus Calistus papa III, pontificatus sui anno secundo, ad relationem domini cardinalis Sancte Crucis, Wratislauensi per obitum bone memorie Petri episcopi Wratislauensis extra Romanam Curiam defuncti vacanti, religiosum virum do-

minum Jacobum de Rosembergk priorem prioratus in Straconic和平 Pragensis diocesis hospitalis Sancti Johannis Jhierosolimitani, presbyterum in XXVII^o sue aetatis anno uel circa constitutum, prefecit in episcopum et pastorem, curam, regimen et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac secum super defectum etatis predice in illius anno constituto ad effectum huiusmodi ac, ut dictum prioratum, que curatus et conuentualis, preposituram que dignitas maior post pontificalem et curata et electa existunt Pragensis ecclesie et titulo quo illos hactenus ferint^{a)} cum dicta ecclesia Wratislauensi usque ad biennium proxime futurum inclusiue dumtaxat retinere valeat, eciam si prioratus existat, dispensauit. Illorum fructus etc., volens habere pro sufficienti expresse.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 96': *in margine sinistro*: Wratislauiensis.

a) sic in ms.

411

Provisio ecclesiae Moldaviensis de persona Joannis. (Cfr. N. 434)

[Romae], die 8 iulii, [1457].

Die veneris octava mensis julii, prefatus sanctissimus dominus noster in suo secreto consistorio, ut moris est, ad relationem, reuerendissimi domini, domini Isidori cardinalis Sabinensis ecclesie Moldauensi, tunc vacanti, de persona venerabilis patris domini Johannis ultimi episcopi prouidit preficendo ipsum ed ecclesiam Moldauensem in episcopum et pastorem curam, regimen etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 103': *in margine sinistro*: Moldauensis.

412

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Aeneae tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis cui ecclesia Warmiensis in commendam conceditur. (Cfr. N. 435)

[Romae], die 12 augusti, [1457].

Die veneris duodecima mensis augusti, prefatus sanctissimus dominus noster in consistorio suo secreto, ut moris est, ad relationem reuerendissimi domini, domini Guillelmi cardinalis Rothomagensis ecclesiam Warmiensem per obitum bone memorie Francisci ultimi episcopi vacantem, reuerendissimo in Christo patri domino E(ne) tituli Sancte Sabine sancte Romane Ecclesie presbytero cardinali per eum una cum Sancte Sabine, que titulus sui cardinalatus extitit ac Senensi, cui ex concessione et dispensatione dictae Sedis preesse dino-scitur aliquis ecclesiis, monasteriis, prioribus etc., cum cura et sine cura, que siue in titulum siue in commendam obtinet et expectat ac in quibus et ad que jus sibi quomodo libet competit aut competere poterit, seu in posterum obtinebit, quecumque, quotcumque et qualiacumque sint, quo adiunxerit regendam seu gubernandam, auctoritate apostolica commendauit curam, et regimen etc., ecclesie Warmiensis sibi plenarie committendo ac quod de fructibus ad mensam episcopalem Warmiensem pertinentibus, debitibus illius supportatis oneribus ordinet seu disponat illosque in suos et eidem ecclesie usus conuertere valeat prout veri episcopi Warmiensis, qui fuerint pro tempore de illis ordinare seu disponere potuerint etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 72 f. 104': *in margine sinistro*: Warmiensis.

XLII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 73.

Eugenii IV solutiones,
ab anno 1443 ad annum 1447 (a die 27 octobris ad diem 17 februarii),
ff. 1-100 olim ff. I-LVII, f. 26 olim f. I.

Indices, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

Eugenii IV solutiones,

ab anno 1443 ad annum 1447 (a die 5 iulii ad diem 3 iulii),
ff. 1-110 olim ff. I-LXXXII, f. 25 olim f. I.

f. 24: « Iste liber vocabitur quartus liber, regestrum continens litterarum seu quittanciarum sacri Collegii dominorum cardinalium, de solucionibus prelatorum fiendis de communibus et minutis seruiciis ac absolucionibus et dispensacionibus nec non dilacionibus eorumdem de tempore tantum sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, diuina prouidencia pape quarti ».
Indices, tituli marginales.

413

Lucidus tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wladislao episcopo Wladislaviensi commune et minutum servitium Collegio cardinalium debitum in totum « pro hac vice tantum » remittit.

Romae, die 28 aprilis, 1434.

Lucidus etc.^{a)}, quod dictum sacrum Collegium suum, ad paupertatem et inopiam, incendium, ruinam et depopulationem ecclesie Wlatislauensis nec non ipsius fructuum et reddituum exilitatem ad quas ipsa causalibus guerrarum turbinibus longeuiis et aliis calamitatibus deuenit dirigens intuitum, volens propterea precibus et supplicationibus reuerendi in Christo patris domini Wladislai electi dicte ecclesie eidem Collegio super hoc humiliter fusis annuere gracie, totum illud in quo ipse dominus electus racione vacantis dicte sue ecclesie, tam pro communi quam uno minuto seruiciis dicto sacro Collegio ac familiariis et officiariis dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso debitibus, tenebatur et extitit efficaciter obligatus, eidem domino electo hac vice tantum liberaliter remisit, donauit et ipsum quittauit. Nos vero de prefatorum dominorum cardinalium consensu etc., hac vice tantum quittamus ipsum dominum electum, ecclesiam suam, successores suos et eciam liberamus etc. In quorum etc. Datum Rome die vicesima octaua mensis aprilis, anno et pontificatus predictis^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 36': *in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Wladislauiensis.*

a) tituli Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre per presentes notum facimus, quod.

b) Anno a Natiuitate Domini MCCCCXXXIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Eugenii, diuina providentia, pape quarti anno tertio.

414

Lucidus tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Bogdalum abbatem monasterii in Tyniec pro solutione partis communis et unius minutis servitiorum per manus Joannis Rey facta quitat.

Florentiae, die 8 martii, 1436.

Lucidus etc., quod venerabilis in Christo pater dominus frater Bogdalus abbas monasterii Tinicensis ordinis Sancti Benedicti Cracoviensis diocesis, pro parte suorum communis et minutis seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera viginti quinque, nobis etc., per manus venerabilis viri domini Johannis Rey canonici Poznaniensis die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Florencie die octaua mensis marcii anno a Natiuitate Domini millesimo quadragesimo tricesimo sexto, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno quinto.
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 77: *in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Abbas Tinicensis.*

Antonius tituli Sancti Marcelli presbyter cardinalis Collegii cardinalium Cameram Regens Petrum episcopum Premisiensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum per manus Clementis Stanislai facta quitat.

Bononiae, die 24 maii, 1436.

Antonius etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Petrus episcopus Przemisliensis, pro parte suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera quadraginta, nobilibus viris Cosma et Laurencio de Medicis et sociis mercatoribus Florentinis Curiam Romanam sequentibus pro dicto Collegio recipientibus, per manus venerabilis viri domini Clementis Stanislai canonici Cracouiensis die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Bononie, die vicesima quarta mensis maii, anno a Natiuitate Domini MCCCCXXXVI^o, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 81: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Premisiensis.

a) miseratione diuina, tituli Sancti Marcelli sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, officium Camerariatus sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum prefate ecclesie cardinalium, in absentia reuerendissimi in Christo patris domini Lucidi, eadem miseratione, Sanctae Mariae in Cosmedin cardinalis de Comitibus vulgariter nuncupati, dicti Collegii Camerarii, Regens.

Lucidus tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem archiepiscopum Leopoliensem pro solutione partis communis et unius minutus servitiorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum facta quitat.

Bononiae, die 19 martii, 1437.

Lucidus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Leopoliensis pro parte suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera decem et nouem nobis etc., per manus honorabilium virorum Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum suorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Bononie, die decima nona mensis marci, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCXXXVII^o, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 96: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Archiepiscopus Leopoliensis.

Lucidus tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Vincentium archiepiscopum Gneznensem pro solutione partis communis et minutus servitiorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum facta quitat.

Bononiae, die 25 martii, 1437.

Lucidus etc., quod reuerendus in Christo dominus Vincencius archiepiscopus Gnesenensis pro parte suorum communis et minutus seruiciorum in quibus sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera mille quingentos nobis etc., per manus honorabilium virorum Cosme et Laurencii de Medicis et sociorum suorum Florentinorum Curiam Romanam sequentium die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus

etc. In quorum etc. Datum Bononie, die XXV-a mensis marci, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC-mo XXXVII^o, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 98': in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Archiepiscopus Gnesenensis.

418

Lucidus tituli Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Vincentium archiepiscopum Gneznensem pro solutione complementi communis et minuti servitiorum per manus Cosmae et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum facta quitat.

Bononiae, die 17 iunii, 1437.

Lucidus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Vincencius archiepiscopus Gnesenensis, pro complemento suorum communis et minuti seruitorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camiera mille ducentos septuaginta septem, solidos triginta octo, denarios decem nobis etc., per manus honorabilium virorum Cosme et Laurencii de Medicis etc., die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Bononie, die decima septima mensis junii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC-mo XXXVIII^o, pontificatus domini Eugenii pape IIII-ti anno septimo
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 74 f. 103: in fine: floren. VI, gross. VI, in margine sinistro: Archiepiscopus Gnesenensis.

XLIV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75.*

Eugenii IV, Nicolai V, Calisti III provisiones,
ab anno 1446 ad annum 1457 (a die 15 octobris ad diem 19 decembris),
ff. 1-123 olim ff. I-LXXXII,

ff. 1-46 *Eugenii IV,*

ff. 47-90 *Nicolai V,*

ff. 91-106 *Calisti III.*

f. 26 olim f. I: «Rome, anno Eugenii XIII^o...»

f. 47 olim XXIII: «Hic incipiunt prouisiones facte per sanctissimum dominum nostrum dominum Nicolaum papam quintum, pontificatus sui anno primo.»

f. 91 olim f. LXVII: «Hic incipiunt prouisiones facte per sanctissimum dominum nostrum dominum Calistum papam tertium, pontificatus sui anno primo M^oCCCCLV^o.»

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 29.

419

Provisio ecclesiae titulari Cimbaliensi de persona Bernardi. (Cfr. N. 396)

[Romae], die 15 maii, [1447].

Die lune Idus maii, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis Tarentini prouidit ecclesie Cimbaliensi titulari, de persona domini Bernardi canonici regularis Sancti Augustini, vacanti per obitum quondam Johannis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 48': in margine sinistro: Cimbaliensis, titularis.

420

Provisio ecclesiae titulari Coliponensi de persona Nicolai Ruten. (Cfr. N. 397)
 [Romae, die 25 aprilis, 1447].

Predictis die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis de Columpna prefecit ecclesie titulari Coliponensi fratrem Nicolaum Itutem monacum ordinis Cisterciensis, vacanti per obitum quondam Bernardi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 49: in margine sinistro: Coliponensis.

421

Provisio monasterio Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses de persona fratris Francisci Nerdorff. (Cfr. N. 398) [Romae, die 21 aprilis, 1449].

Eisdem die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem reuerendissimi patris cardinalis Sancti Sixti prouidit monasterio Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses ordinis Premonstratensis, de persona fratris Francisci Nerdoff et prioris dicti monasterii ad ipsum electi, vacanti per obitum Nicolai etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 59': in margine sinistro: Monasterium Sancti Vincencii extra muros Wratislauensis.

422

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Wladislai translati de ecclesia Wladislaviensi. (Cfr. N. 399) [Romae, die 28 iunii, 1449].

Eisdem die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem dominorum cardinalium Morinensis et Firmani absoluit reuerendum patrem dominum Wladislaum episcopum Wladislauensem a vinculo quo dicte ecclesie tenebatur et ipsum transtulit ad ecclesiam Gneznensem vacantem per obitum quondam Vincencii ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 60: in margine sinistro: Gneznensis.

423

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 400) [Romae, die 29 iunii, 1449].

Dictis die et loco, sanctissimus dominus noster ad relationem dictorum cardinalium prouidit ecclesie Wladislauensi, ut supra, vacanti de persona domini Nicolai decani ecclesie Cracouiensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 60: in margine sinistro: Wladislauensis.

424

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Joannis. (Cfr. N. 401) [Romae, die 12 ianuarii, [1451].

Die lune pridie Idus januarii, sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Wlarislauensi, de persona domini Johannis canonici dicte ecclesie, vacanti quondam Nicolai extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 68: in margine sinistro: Wlatislauensis.

425

Provisio ecclesiae Leopoliensi de persona Gregorii. (Cfr. N. 402)
 [Romae], die 17 martii, [1451].

Die mercurii XVI^o Kal. aprilis, sanctissimus dominus noster ad relationem domini Firmani prouidit ecclesie Leopoliensi, de persona domini Gregorii magistri in artibus, vacanti per obitum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 68': in margine sinistro: Leopoliensis.

426

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 403)
 [Romae, die 11 augusti, 1451].

Eisdem die et loco, ad relationem domini Metensis prouidit ecclesie Premisiensi in Russia, prouincie Riguensis^{a)}, de persona Nicolai custodis Cracouensis, vacanti per obitum quondam Petri ultimi episcopi extra etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 76: in margine sinistro: Premisiensis.

a) Leopoliensis.

427

Provisio ecclesiae Chelmensi de persona Joannis. (Cfr. N. 404)
 [Romae], die 18 augusti, [1452].

Die veneris XV Kal. septembbris, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis Metensis prouidit ecclesie Celmensi prouincie Leopoliensis, de persona domini Johannis, vacanti per obitum quondam Johannis ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 76: in margine sinistro: Celensis.

428

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Joannis de Sprowa. (Cfr. N. 405)
 [Romae], die 15 octobris, [1453].

Die lune Idus octobris, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem dominorum Rothomagensis et Sancti Angeli cardinalium, de persona Joannis de Sproua canonici Genezenensis, prouidit ecclesie Genezenensi, tunc vacanti per obitum quondam Wladislai archiepiscopi Genezenensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 82': in margine sinistro: Genezenensis.

429

Provisio ecclesiae Vilnensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 406)
 [Romae], die 17 octobris, [1453].

Die mercurii XVI Kal. nouembris, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relacionem domini cardinalis Firmani, de persona domini Nicolai prepositi ecclesie Villensis, prouidit eidem ecclesie, tunc vacanti per obitum quondam Mathie episcopi Willensis, extra Romanam Curam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 82': in margine sinistro: Villensis^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 82': in margine sinistro: Villensis.

430

Provisio ecclesiae Cracoviensi de persona Thome de Stampino. (Cfr. N. 407)
 [Romae], die 25 septembbris, [1455].

Die iouis XXV mensis septembbris, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis Sancte Crucis, de persona domini Thome de Stam-

pino canonici ecclesie Cracouiensis magistri in theologia et de nobili genere ex utroque parente procreati in sacerdocio et etate legitima constituti, prouidit dicte ecclesie, tunc vacanti per obitum bone memorie domini Sbignei tituli Sancte Prisce sancte Romane Ecclesie cardinalis et ultimi ipsius episcopi Cracouiensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 92': in margine sinistro: Cracouiensis.

431

*Provisio ecclesiae Lubucensi de persona Frederici Sesselman. (Cfr. N. 408)
[Romae], die 1 decembris, [1455].*

Die lune prima decembris, sanctissimus dominus noster ad relationem domini cardinalis Sancte Crucis in consistorio secreto prouidit ecclesie Lubucensi, de persona domini Frederici Sesselman illius prepositi, utriusque iuris doctoris, vacanti per obitum quondam Johannis ultimi episcopi Lubucensis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 93: in margine sinistro: Lubucensis.

432

*Provisio ecclesiae titulari Alboliensi de persona fratris Joannis Pellecz. (Cfr. N. 409)
[Romae], die 1 martii, [1456].*

Die lune prima mensis marci, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Sancte Crucis ecclesie Alboliensi tunc per obitum bone memorie Bernardi ipsius ecclesie quondam episcopi vacanti, de persona venerabilis et reuerendi fratris Johannis Pellecz in theologia et ordinis Minororum professoris, prouidit, proficiendo ipsum eidem ecclesie in episcopum et pastorem, curam etc., nec non eidem Johanni, ut assecente ad hoc consensu moderni episcopi Wratislauiensis seu pro tempore existentis, pontificalia in ciuitate et diocesi Wratislauensi libere et licite exercere possit et valeat, indulxit itaque concessit nec non eidem Johanni ducentos floreros auri de Camera dicti huiusmodi Wratislauiensis consensu licite ad hoc interueniente, super fructibus etc., mense episcopalis Wratislauiensis, per ipsum modernum episcopum et successores suos Wratislauenses, singulis annis pro statu suo condigne seruando persoluendos, quoisque beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura, si canonicatus et prebenda dicte ecclesie Wratislauensis fuerint tanti valoris canonice assecuti extiterit, ad que una cum Alboliensi ecclesia quo adiunxerit in commendam obtinendam secum auctoritate apostolica dispensauit, dicta auctoritate reseruauit, constituit ac assignauit.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 94'-95: in margine sinistro: Alboliensis.

433

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Jacobi de Rosemburg, cui super defectum aetatis dispensatur atque ad biennium praeposituram et prioratum hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani in Straconicz Pragensis dioecesis simul retinere permittitur. Cfr. N. 410)
[Romae], die 9 iunii, 1456.

Die mercurii nona mensis junii, M^oCCCC^oVI^o, sanctissimus dominus noster, dominus Calistus papa III, pontificatus sui anno secundo, ad relationem domini cardinalis Sancte Crucis Wratislauensi, per obitum bone memorie Petri episcopi Wratislauensis extra Romanam Curiam defuncti, vacanti religiosum virum dominum Jacobum de Rosarnberg, priorem prioratus in Straconicz Pragensis diocesis, hospitalis Sancti Johannis Jhierosolimitani, presbyterum in XXVII' sue aetatis anno uel circa constitutum, prefecit in episcopum et pastorem, curam, regimen et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; ac secum super defectum etatis pre-

dicte, in illius anno constituto, ad effectum huiusmodi ac, ut dictum prioratum, que curatus et conventualis, preposituram que dignitas maior post pontificalem et curata et electa existunt Pragensis ecclesie, et titulo que illos contractus ferint^{a)} cum dicta ecclesia Wratislauensi, usque ad biennium proxime futurum inclusive dumtaxat, retinere valeat, eciam, si prioratus existat, dispensavit. Illorum fructus etc., volens habere pro sufficienti expresse.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 96'-97: *in margine sinistro*: Wratislauensis.

434

Provisio ecclesiae Moldaviensi de persona Joannis. (Cfr. N. 411)
[Romae], die 8 iulii, [1457].

Die ueneris octaua mensis julii, prefatus sanctissimus dominus noster in suo secreto consistorio, ut moris est, ad relacionem reuerendissimi domini domini Isidori cardinalis Sabinensis ecclesie Moldauensi tunc vacanti de persona venerabilis patris domini Johannis ultimi episcopi prouidit, preficiendo ipsum eidem ecclesie Moldauensi in episcopum et pastorem, curam, regimen etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 103': *in margine sinistro*: Moldauensis.

435

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Aeneae tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis cui ecclesia Warmiensis in commendam conceditur. (Cfr. N. 412)
[Romae], die 12 augusti, [1457].

Die ueneris duodecima mensis augusti, prefatus sanctissimus dominus noster in consistorio suo secreto, ut moris est, ad relacionem reuerendissimi domini, domini Guillelmi cardinalis Rothomagensis ecclesiam Warmensem, per obitum bone memorie Francisci ultimi episcopi, vacantem reuerendissimo in Christo patri domino Enee, tituli Sancte Sabine sancte Romane Ecclesie presbytero cardinali, per eum una cum Sancte Sabine, que titulus sui cardinalatus existit ac Senensi, cui ex concessione et dispensacione dicte Sedis preesse dinoscitur aliisque ecclesiis, monasteriis, prioratibus etc., cum cura et sine cura, que siue in titulum siue in commendam obtinet et expectat ac in quibus et ad que jus sibi quomodolibet conpedit aut competere poterit, seu in posterum obtinebit, quecumque, quotcumque et qualiacumque sint, quo adiunxerit regendum et gubernandam, auctoritate apostolica commendauit, curam et regimen etc., ecclesie Warmiensis sibi plenarie committendo ac quod de fructibus ad mensam episcopalem Warmensem pertinentibus debitibus illius supportatis oneribus ordinet et disponat illosque in suos et elemem ecclesie usus conuertere valeat, prout veri episcopi Warmienses, qui fuerint pro tempore, de illis ordinare et disponere potuerint etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 75 f. 104': *in margine sinistro*: Warmiensis.

XLV Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76.

Nicolai V, Calisti III, Pii II obligationes,
ab anno 1447 ad annum 1461 (a die 24 martii, ad diem 14 ianuarii),
ff. 1-227, olim ff. I-CLXXXVI,
f. 26 olim f. I: « MCCCCXLVII, Jhesus, Maria, Johannes. »
f. 1-127 Nicolai V,
f. 128-177 Calisti III,
f. 177'-227 Pii II.

Indices, tituli marginales.
Cfr. ABRAHAM p. 29-30.

Franciscus "abbas" monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses per manus Henrici Seinsteleben obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 83 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 7 [iunii, 1449].

Die VII-a eiusdem, venerabilis vir magister Henricus Seinstelebin litterarum apostolicarum scriptor, procurator venerabilis patris Francisci abbatis Sancti Vincencii extra muros Wratislauensis ordinis Premonstratensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium florenos auri octuaginta tres et unum tercium et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses solure promisit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 54': in fine: S. Consin, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Vincencii extra muros Wratislauenses, soluit.

Wladislaus archiepiscopus Gneznensis e Wladislaviensi ad Gnezenensem translatus per manus Joannis Lasocki obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 27 iunii, [1449].

Die veneris XXVII-ma junii, venerabilis vir Johannes Lassoczky cubicularius sanctissimi domini nostri pape tamquam principalis et priuata persona nomine reuerendi in Christo patris domini Wladislai translati de ecclesia Wladislauensi ad ecclesiam Gnezenensem obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium florenos auri de Camera quinque millia et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses soluere promisit etc.

Die prima mensis juli Leonardus de Vernacis institutor Cosme de Medicis et sociorum habuit bullas dicte ecclesie sigillatas et soluit Camere apostolice pro parte communis florenos mille quingentos et pro quatuor minutis seruiciis florenos similes quadringentos cum hac conditione quod dictas bullas sigillatas, prout habuit, mittat ad partes et si cum ipsis non poterat recuperare dictas pecunias et infra sex menses proxime futuros restituat ipsas bullas sic sigillatas in Camera apostolica, quod ipsa Camera eidem societati dictas pecunias et quod Robertus de Martellis depositarius absque aliquo mandato possit ponere ad exitum dicte Camere dictas pecunias et restituere dicte societati.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 55': in fine: Philippus de Piscia, in margine dextro: Cardinales XV, in margine sinistro: Gnezenensis, soluit.

Nicolaus Lasocki electus Wladislaviensis per manus Joannis Lasocki obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 1000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 27 iunii, 1449].

Eadem die, venerabilis vir Johannes Lassoczky, sanctissimi domini nostri pape cubicularius, tamquam principalis et priuata persona nomine reuerendi patris domini Nicolai Lassoczky electi Wladislauensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium florenos auri de Camera mille et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem infra sex menses et aliam medietatem infra alios sex menses soluere promisit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 55': in fine: Phylippus de Piscia, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Wladislauensis, mortuus est et nihil soluit.

Clemens electus Kioviensis per Joannem Joannis procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 1 aprilis, [1450].

Die prima mensis aprilis, venerabilis vir dominus Johannes Johannis canonicus Cracouiensis ut principalis etc., nomine reuerendi domini Clementis, Dei gratia, electi Kiouensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio ratione dictae prouisionis florenos auri de Camera triginta tres et unum tercium et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 62': in fine: G(erardus) de Vulterriss, in margine dextro: Cardinales XVI, in margine sinistro: Kiouensis, soluit.

Joannes Gruszczynski electus Wladislaviensis per procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 15 ianuarii, [1451].

Die XV januarii, dominus Johannes Luchkan utriusque juris doctor, cantor Lanciciensis Gneznensis diocesis, et Martinus de Grubchizicze canonicus Lanciciensis dicte diocesis procuratores reuerendi domini Johannis Gruschizuze electi Wlatislauiensis, obtulerunt Camere apostolice et sacro Collegio Romane Ecclesie cardinalium florenos auri de Camera mille et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 70: in fine: G(erardus) de Vulterriss, in margine dextro: Cardinales XVIII, in margine sinistro: Electi Wlatislauiensis, soluit totum.

Gregorius electus Leopoliensis per Marcum Bonifilii procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 100 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 31 martii, [1451].

Die ultima mensis marci, venerabilis vir dominus Marcus Bonifilii Sacrapagine magister et altarista in ecclesia Cracouiensi, presbyter Ceradensis^{a)} diocesis, electi obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium, florenos auri de Camera centum et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 73: in fine: G(erardus) de Vulterriss, in margine dextro: Cardinales XVIII, in margine sinistro: Gregorius principalis electus Leopoliensis, soluit pro parte, excommunicatus pro residuo.

a) sic in ms.

Nicolaus electus Premisliensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 150 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 30 augusti, [1452].

Die XXX mensis augusti, venerabilis vir dominus N(icolaus) de Costen presbyter Perusine diocesis, ut legitimus procurator reuerendi in Christo patris domini Nicolai electi Premisliensis, ut de suo procurationis mandato constat publico, in scripto manu Fabiani Tome clerici Tervisine diocesis publici aposto-

lica imperiali auctoritate notarii, sub data XVIII-a mensis junii proxime preteriti rogato et publicato etc., in Camera apostolica dimisso, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo communi seruicio, ratione predicte prouisionis facte, videlicet florenos auri de Camera centum quinquaginta ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc., infra sex menses etc., et prefatus dominus tulit etc., et me G(erardo) de Vulterriss.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 97: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Electus Primishiensis, soluit.

443

Joannes electus Chelmensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 6 septembbris, [1452].

Die sexta mensis septembbris, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hosten presbyter Poznaniensis diocesis, ut procurator legitimus reuerendi in Christo patris domini Johannis electi ad ecclesiam Chelmensem, ut de suo procuracionis mandato constat publico instrumento manu Thome Johannis de Wlochnuc clerici Sarenensis publici apostolica et imperiali auctoritate notarii, sub data die XVIII-a mensis junii proxime preteriti rogato et publicato in Camera apostolica dimisso, obtulit dicto nomine Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro suo communi seruicio ratione dicte prouisionis, videlicet triginta tres florenos auri de Camera cum uno tercio et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc., infra sex menses etc. Prefatus dominus Locumtenens tulit sententias etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 98: in fine: G(erardus) de Vulterriss notarius, in margine dextro: Cardinales X, in margine sinistro: Electi Chelmensis, soluit.

444

Joannes de Sprowa electus Gneznensis per Petrum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 22 octobris, [1453].

Die XXII-a octobris, venerabilis vir dominus Petrus de Pn... suo proprio et priuato nomine ac uice et nomine reuerendi patris domini Johannis de Sprogha electi Gneznensis obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio pro suo communi seruicio florenos auri de Camera quinque millia ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitorum etc., soluere promisit, submisit, jurauit etc., et dominus Locumtenens etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 112': in fine: G(uillelmus) de Pisis, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Gneznensis, sunt apud bancum pecunie detente pro ecclesia Patauiensi diuidende dum etc. Fuerunt diuise in diuisione generali facta Rome, die 23 mensis decembris 1454.

445

Nicolaus electus Vilnensis per Nicolaum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 50 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 29 octobris, 1453].

Die predicta, venerabilis vir dominus Nicolaus prebendarius Wilnensis, suo proprio et privato nomine ac vice et nomine reuerendi patris domini Nicolai electi Wilnensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum do-

minorum cardinalium florenos auri de Camera quinquaginta ad quos dicta ecclesia reperitur taxata et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc., communis et minutorum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 113: *in fine: G(uilelmus) de Pisis, in margine sinistro: Vilnensis, soluit.*

446

Thomas electus confirmatus Cracoviensis per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 3000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 26 septembbris, [1455].

Die XXVI mensis septembbris, venerabilis vir dominus Nicolaus Spizemer cantor... suo proprio et priuato nomine ac ut tamquam procurator assertus reuerendi in Christo patris domini... electi confirmati Cracouiensis obtulit Camere apostolice et Collegio florenorum auri de Camera tria milia et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Et in continentibus honorabilis vir Leonardus de Vernaciis institor societatis de Medicis de curia promisit soluere omnia jura. Camere et Collegii ratione dicte prouisionis obligatus etc. Et in continentibus adhuc, bulle prouisionis non venerant, siue dominus de Camera, postquam socius de Medicis sic se obligauit, consensit quod transeat una bulla plumbea clausa intimatoria confirmationis ad effectum, ut electus assequatur possessionem ecclesie ante festum Martini. Die XIII-a mensis octobris M^oCCCCCLV^o Leonardus suprascriptus recepit a dominis Camerariis bullas dicte prouisionis, videlicet octo apertas et unam clausam, videlicet formam juramenti. Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 133' *in fine: G(erardus) de Vulterriss, in margine dextro: Cardinales XII, in margine sinistro: Cracouiensis, soluit.*

447

Fredericus electus Lubucensis per Johannem Henrici procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 350 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 10 decembris, [1455].

Die X mensis decembris, venerabilis vir dominus Johannes Henrici cantor Lubucensis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi in Christo patris domini Frederici electi episcopi Lubucensis, obtulit Camere apostolice et Collegio florenos auri de Camera tricentos quinquaginta, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat Obl. Sol. v. 76 f. 136': *in fine: G(erardus) de Vulterriss, in margine dextro: Cardinales XII, in margine sinistro: Episcopus Lubucensis, soluit.*

448

Henricus Rozan procuratorio nomine pro Joanne Pellecz obtulit Camerae apostolicae pro balista titularis ecclesiae Simbaliensis florenos auri "ad quos dicta ecclesia taxata reperitur" et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 15 martii, [1456].

Die XV-a marcli, venerabilis dominus Henricus Rozan, accolitus domini nostri pape, Wlatislauiensis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi in Christo patris domini Johannis Pellecz electi Simbaliensis, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium florenos auri de Camera, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 139': *in margine dextro: Soluit pro balista, florenos X, Ambrosius depositarius, Cardinales XII, in margine sinistro: Simbaliensis, titularis.*

Joannes ordinis Minorum electus Moldaviensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 25 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 20 augusti, [1457].

Die XX mensis augusti, reuerendus pater dominus Johannes Kemulem ordinis Minorum electus Moldauiensis personaliter obtulit Camere apostolice et Collegio florenos auri de Camera viginti quinque ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem medietatem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 159': in fine: Vesconte, notarius, in margine dextro: Cardinales X, in margine sinistro: Moldauensis, propter paupertatem.

Aeneas cardinalis Senensis commendatarius ecclesiae Warmiensis per Augustinum de Blandratis procuratorem suum obtulit Camerae apostolicae et Collegio pro communi servitio ecclesiae Warmiensis florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 26 augusti, [1457].

Die XXVI-ta mensis augusti, venerabilis vir dominus Augustinus de Blandratis archipresbyter Siluani cappellanus reuerendissimi domini Enee cardinalis Senensis commendatarii Warmiensis obtulit Camere apostolice et Collegio florenos auri de Camera quadringentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 160: in fine: G(uilelmus) de Pisis notarius, in margine dextro: Cardinales XI, in margine sinistro: Warmiensis, dominus cardinalis habuit.

Jodocus episcopus Wratislaviensis per Wenceslaum Schin procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 4000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 12] septembbris, [1457].

Die predicta septembbris, venerabilis vir dominus Wenceslaus Schin, licenciatus in decretis, canonicus Wratislaviensis, ut tamquam legitimus procurator reuerendi in Christo patris domini Jodoci, Dei gratia, episcopi Wratislaviensis, ut et tamquam principalis et priuata persona, obtulit Camere apostolice et Collegio florenos auri de Camera quatuor millia, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 161: in fine: G(erardus) de Vulterriss, notarius, in margine dextro: Cardinales X, in margine sinistro: Episcopus Wratislaviensis, soluit.

Paulus de Legindorff administrator ecclesiae Warmiensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta seruicia consueta.

[*Romae*], die 14 octobris, [1458].

Die XIII-a mensis octobris, reuerendus pater dominus Paulus Legendoff, deputatus pro bullis domini sui, administrator ad annum et deinde in titulum ecclesie Warmiensis, obtulit personaliter Camere apostolice et Collegio florenos

auri de Camera quadringentos, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 180': in fine: G(erardus) de Vulteriis notarius, in margine dextro: Cardinales XVI, in margine sinistro: Warmiensis, soluit solum apostolicum et fuit positum ad registrum sigilli, restat debes soluere. Soluit postea totum.

453

Wenceslaus Raskonicz electus Luceoriensis per Thomam de Lomani procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 28 septembbris, [1459].

Die XXVIII septembbris, venerabilis vir dominus Thomas de Lomani plebanus in Medelo Wilnensis diocesis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Wenceslai Raskonicz electi Luczoriensis, obtulit Camere apostolice et Collegio florenos auri de Camera triginta tres cum uno tercio ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 76 f. 195: in fine: Johannes de Aquilone, notaris, in margine sinistro: Episcopus Luczoriensis, soluit.

454

Bartholomaeus Rogser electus Culmensis per Nicolaum Tuengen procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 700 et quinque minuta servitia consueta.

[*Senis, die 2 aprilis, 1460.*]

Dicta die, venerabilis vir dominus Nicolaus Tongen litterarum apostolicarum scriptor, ut principalis et priuata persona ac procurator et nomine procuratorio reuerendi domini Bartholomei Rogser electi Culmensis, obtulit Camere apostolice et Collegio etc., per bullas domini Pii sub data in monasterio Sancti Francisci extra muros Senensis XIII Kal. aprilis, anno secundo, florenos auri de Camera septingentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 7 f. 203': in fine: Matheo Hennierii, notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Culmensis, soluit.

XLVI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77.*

*Nicolai V, Calisti III et Pii II solutiones,
ab anno 1447 ad annum 1460 (a die 28 martii ad diem 27 februarii),
ff. 1-209 olim ff. I-CLXIII, 164-182, CLVIII-CLX.*

ff. 25 olim f. I.

ff. 1-143 Nicolai V.

ff. 143'-186' Calisti III,

ff. 186'-209 Pii II.

Indices, tituli marginales,

Cjr. ABRAHAM p. 30.

Astorgius tituli Sancti Eusebii presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Franciscum "abbatem" monasteri Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Henrici Seinsteleben facta quitat.

Romae, die 18 martii 1450.

Astorgius etc.^{a)}, quod venerabilis in Christo pater dominus Franciscus, abbas monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses, ordinis Sancti Benedicti, pro totali solucione suorum communis et minutus seruitiorum, in quibus etc. ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera XXXXIII-or, solidos XXXII-os, denarios duos nobis etc. per manus venerabilis viri magistri Henrici...^{b)} litterarum apostolicarum scriptoris, die date presencium, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XVIII-a mensis marci, anno a Nativitate Domini M^oCCCCL^o, pontificatus domini Nicolai pape quinti anno tercio.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 72: in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Vincencii extra muros Wratislaviensis.

a) miseratione diuina tituli Sancti Eusebi sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis Beneuentanus vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes.

b) Henrici Seinsteleben.

Astorgius tituli Sancti Eusebii presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wladislauum archiepiscopum Gneznensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum suorum facta quitat, remissione facta de residuo.

Romae, die 2 iunii, 1450.

Astorgius etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wladislaus archiepiscopus Gnezenensis pro totali solucione sui communis seruicij florenos auri de Camera mille quingentos, nec non pro integra solucione unius minutus seruicij in quibus etc., ac termino nondum elapso florenos auri similes centum, reuerendissimo in Christo patre domino Dominico tituli Sancte Crucis in Jherusalem presbytero cardinali Firmani vulgariter noncupato, tunc dicti Collegii Camerario pro dicto Collegio recipiente usque in diem tricesimam mensis junii anno Domini M^o-mi CCCC-mi XL-mi noni solui fecit realiter et cum effectu, remissione tamen de toto residuo eorumdem communis et minutus seruiciorum de consensu etc., eidem domino archiepiscopo ac vice dumtaxat liberaliter facta. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome secunda mensis junii, anno a Nativitate Domini M^oCCCC^oL^o, pontificatus domini Nicolai pape V-ti anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 77: in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Gnezenensis, Genezenensis.

Isidorus tituli Sanctorum Marcelli et Petri presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum per manus Antonii de Pazzis mercatoris facta quitat.

Romae, die 15 ianuarii, 1451.

Isidorus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Wlatislauensis, pro totali solucione suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera quingentos XXVII, solidos XXXVIII, denarios XI nobis etc., per manus honorabilis viri Antonii de Passis etc., die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XV mensis januarii, anno a

Natiuitate Domini M^oCCCC^oL^o, pontificatus domini Nicolai pape V-ti anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 85': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Wlatislauiensis.

a) miseratione diuina tituli Sanctorum Marcelli et Petri sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Ruxiensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

458

Isidorus tituli Sanctorum Marcelli et Petri presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Gregorium archiepiscopum Leopoliensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum per manus Marci Bonifilii facta quitat.

Romae, die 3 aprilis, 1451.

Isidorus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Gregorius archiepiscopus Leopoliensis pro parte suorum communis et minuti seruiciorum in quibus etc., sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera XXIII nobis etc., per manus venerabilis et circumspecti viri Marci Bonifilii magistri in theologia die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die tercia mensis aprilis, anno ut supra, a) pontificatus domini Nicolai pape V-ti anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 89: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Archiepiscopus Leopoliensis.

a) anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oL^o.

459

Latinus tituli Sanctorum Joannis et Pauli presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Nicolaum episcopum Premisiensem pro solutione totali communis et unius minuti servitiorum per manus Antonii et Petri de Pazzis facta quitat.

Romae, die 28 septembbris, 1452.

Latinus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Nicholaus episcopus Primisiensis pro totali solucione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera octuaginta duo, solidos XXV nobis etc., per manus honorabilium virorum Antonii et Petri de Pacis et sociorum mercatorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XXVIII mensis septembbris, anno ut supra^{b)}, pontificatus domini Nicolai pape V-ti anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 113: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Primisiensis.

a) miseratione diuina tituli Sanctorum Johannis et Pauli sacrosante Romane Ecclesie presbyter cardinalis, de Ursinis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) anno Domini M^oCCCC^oL^o.

460

Latinus tituli Sanctorum Joannis et Pauli presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Culmensem pro solutione totali suorum communis et unius minuti servitiorum per manus Antonii et Petri de Pazzis facta quitat.

Romae, die 28 septembbris, 1452.

Latinus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Calmensis pro totali solutione suorum communis et minuti seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera XVIII, solidos XVI, denarios VIII^o nobis etc., per manus honorabilium virorum Antonii et Petri de Pacis et sociorum mercatorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XXVIII mensis septembris, anno ut supra^{a)}, pontificatus domini Nicolai pape V-ti anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 113: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Caluiensis.

a) ut immediate supra.

461

Guillelmus tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem archiepiscopum Gneznensem pro solutione partis communis et minuti servitiorum suorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat, remissione facta de residuo.

Romae, die 23 octobris, 1453.

Guillelmus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Gneznensis pro parte suorum communis et minuti seruitiorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera duo millia centum et septem, solidos septem, denarios duos nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Joannis de Medicis et sociorum Romanam Curiam sequentium, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu, remissione tamen etc. De quibus etc. In quorum testimonium etc. Datum Rome die XXIII-a mensis octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, pontificatus domini Nicolai pape quinti anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 128: in fine: floren. X, gross. X, in margine sinistro: Gneznensis.

a) miseratione diuina, tituli Sancte Sabine sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Metensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius,

462

Philippus tituli Sanctae Susanna presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Thomam episcopum Cracoviensem pro solutione totali suorum communis et minuti servitiorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat.

Romae, die 5 octobris, 1455.

Philippus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Thomas episcopus Cracouiensis pro totali solutione suorum communis et minuti seruitiorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera mille sexcentos viginti quinque nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Joannis de Medicis mercatorum etc., die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die quinta ottobris et pontificatus ut supra^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 149: in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Cracouiensis.

a) miseratione diuina tituli Sancte Susanne sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Bononiensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) anno a Natiuitate Domini MCCCCLV, pontificatus domini Calisti tertii anno primo.

Antonius tituli Sancti Chrysogoni presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Fredericum episcopum Lubucensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat.

Romae, die 13 decembris, 1455.

Antonius etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Fredericus episcopus Lubucensis pro totali solucione suorum communis et minutus seruiciorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera centum octuaginta nouem, solidos viginti nouem, denarios duo, nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc., die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die tercia decima mensis decembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLV, pontificatus domini Calisti anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 154, in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Lubucensis.

a) Antonius, miseratione diuina tituli Sancti Chrysogoni sacre sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Illerdensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii, reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

Aeneas tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Jodocum episcopum Wratislaviensem pro solutione totali communis et minutus servitiorum suorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat, remissione facta de residuo.

Romae, die 14 septembbris, 1457.

Eneas etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus episcopus Wratislauiensis, pro parte suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera sexcentos quinquaginta nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum mercatorum Romanam Curiam sequentium, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu, remissione tamen de totali residuo eorumdem communis et minutus seruiciorum de consensu etc., maxime illorum quorum interest. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, die XIIIII-ta mensis septembbris, anno et pontificatus ut supra^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 172, in margine sinistro: Episcopus Wratislauensis.

a) miseratione diuina, tituli Sancte Sabine sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Senensis vulgariter nuncupatus sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) anno a Natiuitate Domini, MoCCCCoLVIIo, pontificatus domini Calisti anno tertio.

Joannes tituli Sanctae Priscae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Wenceslaum episcopum Luceoriensem pro solutione partis suorum communis et minutus servitiorum suorum per manus Petri de Lomani procuratoris sui facta quitat, remissione facta de residuo.

Mantuae, die 3 octobris, 1459.

Johannes etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Wantislaus episcopus Luceoriensis, pro parte suorum communis et minutus seruiciorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera duodecim nobis etc., per manus discreti viri Thome de Lomeny, die date presentium communis et minutus seruiciorum ob paupertatem dicte ecclesie, que de nouo erecta est, de consensu etc., maxime illorum quorum interest, hac uice dumtaxat, eidem do-

mino episcopo facta, de quibus etc. In quorum etc. Datum Mantue, die tercia mensis octobris, anno et pontificatus ut supra^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 77 f. 197': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Luceoensiensis.

a) miseratione diuina, tituli Sancte Prisce sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Zamoriensis vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus per presentes.

b) anno a nativitate Domini, millesimo quadragesimo LVIII^o, pontificatus domini Pii anno secundo.

XLVII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78.

Pii II solutiones,

ab anno 1458 ad annum 1464 (a die 11 septembbris ad diem 20 iunii),
ff. 1-173 olim ff. I-CXXXVIII, f. 33 olim f. I.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 30.

466

Ludovicus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis domini Papae Camerarius Wenceslaum episcopum Luceoensem pro solutione partis communis, unius et trium minutorum servitiorum suorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat, remissione facta de residuo.

Mantuae, die 1 octobris, 1459.

Uniuersiti etc., Ludovicus etc.^{a)}. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Wenceslaus episcopus Luczoriensis, pro parte solutionis sui communis seruitii, in quo Camere apostolice sub certis penis erat efficaciter obligatus, ratione prouisionis de persona sua eidem ecclesie, apostolica auctoritate facta, florenos auri de Camera undecim, reuerendo patre domino Nicolao electo, sanctissimi domini nostri pape vicethesaurario pro eadem Camera recipiente, ac pro parte solutionis unius minutus seruitii nobis et venerabilibus viris dicte Camere clericis debiti, pro quo etc., florenum similem unum, nec non pro parte solutionis trium minutorum seruitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus etc., florenos similes duos, dictis clericis etc., recipiente per manus Petri et Joannis de Medicis et sociorum mercatorum Florentinorum Romanam Curiam sequentium, tempore debito, die date presentium, solui fecit realiter et cum effectu. Et insuper sanctissimus in Christo pater dominus noster, dominus Pius papa secundus, ob certas rationabiles et legitimas causas, animum suum mouentes, residuum communis et quatuor minutorum predictorum, de sua liberalitate, prefato Wenceslao episcopo remisit et donauit, quod et nos etc., remittimus et donamus. De quibus etc. In quorum etc. Datum Mantue, die prima octobris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLVIII inductione VII-a, pontificatus etc., anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 51: in fine: Recepta; N(icolaus) Theanensis sanctissimi domini nostri pape vicethesaurarius. Visa: N(icolaus) de Luca, Pe(trus) Thenini, in margine sinistro: Luczoriensis, pro parte communis, floren. XI, pro parte unius minutus floren. I, pro parte trium minutorum floren. II, remissum de residuo, concordat, B(enedictus) Spol(etus).

a) Miseratione diuina, tituli Sancti Laurentii in Damaso sacro sancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Aquilegensis vulgariter nuncupatus, domini pape Camerarius, salutem in Domino.

Ludovicus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis domini Papae Camerarius Paulum de Legendorff administratorem ecclesiae Warmiensis pro solutione totali communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Alexandri de Mirabellis facta quitat.

Mantuae, die 10 ianuarii, 1460

Universis etc., Ludouicus etc., quod reuerendus pater dominus Paulus de Legendorff administrator deputatus ecclesie Varmiensis, pro totali etc., communis seruitii dicte ecclesie in quo Camere apostolice sub certis penis etc., ratione deputationis de persona sua in administratorem ipsius ecclesie auctoritate apostolica facte, tenebatur efficaciter obligatus, florenos auri de Camera ducentos, reuerendo patre domino G(ilisforte) de Buoncontibus, Camere apostolice clero-
co, in Thesauraria sanctissimi domini nostri pape officio locumtenenti, pro ipsa Camera recipiente, ac pro totali etc., unius minuti seruitii nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti, pro quo erat in dicta Camera similiter obligatus, florenos auri similes duodecim, solidos XXV, monete romane, nec non pro totali etc., trium minutorum seruitiorum familiaribus et officialibus ipsius sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus erat in dicta Camera pariformiter obligatus, florenos similes triginta septem, solidos XXV similis monete, ipsis clericis, nostro et eorum proprio, ac familiarium et officialium predictorum nominibus, recipiente, die date presentium, per manus spectabilis viri domini Alexandri de Mirabellis et sociorum de Romana Curia, tempore debito, solui fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Mantue etc., die X-ma mensis januarii anno etc., MCCCCLX, indictione VIII-a, pontificatus etc., domini Pli etc., anno 2-do.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 59: in fine: Recepta, G(ilifortes) de Buoncontibus Camere apostolice clericus, Thesaurarii locumtenens, Visa: A(ntonius de) Forlinio, Jo(hannes) de Aquilone, in margine sinistro: Varmensis, pro communi floren. CC, pro I^o floren. XII, solid. XXV, pro III-bus, floren. XXXVII, sol XXV, Concordat, B(enedictus) Spoletanus.

Ludovicus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis domini Papae Camerarius Bartholomaicum Rogser electum Culmensem pro solutione totali communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Alexandri de Mirabellis facta quitat.

Senis, die 2 aprilis, 1460.

Uniuersis etc., Ludouicus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Bartholomeus Rogser electus Culmensis pro totali et integra solutione sui communis seruitii in quo Camere apostolice sub certis penis, sententiis et censuris ratione prefectionis de persona sua ecclesie Culmensi auctoritate apostolica facte extitit efficaciter obligatus florenos auri de Camera tricentos quinquaginta reuerendo patre domini Giliforti de Buoncontibus dicte Camere clerici ac sanctissimi domini nostri pape Thesaurario pro ipsa Camera, ac pro totali et integra solutione unius minuti seruitii nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti pro quo erat in dicta Camera similiter obligatus, florenos auri de Camera viginti quinque, nec non pro totali et integra solutione trium minutorum seruitiorum familiaribus et officialibus eiusdem sanctissimi domini nostri pape debitorum pro quibus erat in prefata Camera pariformiter obligatus, florenos similes septuaginta quinque ipsis clericis nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente die date presentium per manus spectabilium virorum Alexandri de Mirabellis, Ambrosii de Spanothiis et sociorum de Romana Curia, tempore debito, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Senis in Camera

apostolica, die secunda mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCLX, indictione VIII, pontificatus etc., domini Pii, diuina prouidentia, pape II anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 64: in fine: floren. II, gross III. Recepta, G(ilifortes) de Buoncontibus, apostolice Camere clericus, sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius, Visa: Sulimanus notarius, Jo(hannes) de Aquilone, in margine sinistro: Culmensis, pro communi floren. CCCL, pro 1^o floren. XXV, pro 3-bus floren. LXXV, Concordat, G(ilifortes) de Buoncontibus, locumtenens.

469

Ludovicus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis domini Papae Camerarius Jacobum electum Cracoviensem pro solutione totali communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Petri et Jacobi de Pazzis facta quitat.

Romae, die 28 novembris, 1460.

Uniuersis etc., Ludouicus etc., Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus electus ecclesie Cracouiensis, pro totali communis florenos auri de Camera mille quingentos reuerendo patre domino Giliforte etc.. recipiente, ac pro totali unius minutis florenos similes centum septem, nec non pro totali trium minutorum florenos similes trecentos viginti unum die date presentium per manus honorabilium virorum Petri et Jacobi de Paziis etc., tempore debito solui fecit realiter cum effectu. De quibus etc. Datum etc., Rome, anno M^oCCCCLX, indictione VIII, die vero XXVIII nouembris, pontificatus domini pape Pii II anno tertio.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 99: in fine: floren. VII, gross. VIII, G(ilifortes) de Buoncontibus, sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius, apostolice Camere clericus, Visa, Sulimanus, Gerardus de Vulterriss, in margine sinistro: Cracouiensis, pro totali communis 1500, pro uno minuto 107, pro tribus 321.

470

Ludovicus tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis domini Papae Camerarius Joannem electum Luceoriensem pro solutione totali et integra communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Thomae facta quitat.

Romae, die 20 ianuarii, [1463].

Uniuersis etc., Ludouicus etc., salutem etc. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod reuerendus pater dominus Johannes electus episcopus Luceoriensis, pro totali et integra solucione sui communis seruicii, in quo Camere apostolice sub certis penis et sentencias, ratione prefctionis de persona sua eidem ecclesie apostolica auctoritate facte, tenebatur efficaciter obligatus, florenos auri de Camera XVI, solidos XXXIII, denarios IIII monete romane, reuerendo patre domino Antonio de Forlinio, sanctissimi domini pape generali thesaurario pro eadem Camera ac etc., pro totali et integra solucione unius minutis seruicii, nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti, pro quo erat in eadem Camera similiter obligatus florenum similem unum, nec non pro totali et integra solucione trium minutorum seruiciorum familiaribus et officialibus prelibati domini nostri pape debitorum, pro quibus erat in dicta Camera pariformiter obligatus, florenos similes tres, ipsis clericis nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente, tempore debito et die date presentium, realiter et cum effectu solui per manus honorabilis viri domini Thome plebani in Przesinikij Luceoriensis diocesis. De quibus etc. In cuius etc. Datum Rome in Camera apostolica, anno etc., indictione

XI, die vero vicesima mensis januarii, pontificatus etc., domini Pii pape secundi anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 132': in fine: floren. I, gross. II. Recepta; An(to)nius de Forlinio apostolice Camere clericus, sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius, Visa, N(icolaus) de Ghinizano. Ma(theus) Hennier, in margine sinistro: Luceoriensis, pro communi floren. XVI, sol. 33, den. 4, pro 1 floren. 1, pro 3 floren. III, Concordat, A(lexius) Beneuentanus, vicecamerarius.

471

Alexius archiepiscopus Beneventanus domini Papae vicecamerarius Stiborum electum Plocensem pro solutione totali et integra communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Petri de Capponibus et Jacobi de Spinis mercatorum facta quitat.

Romae, die ... octobris, 1463.

Uniuersis etc., Alexius etc.^{v)}, salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus pater dominus Stiborius electus Plocensis pro totali et integra solucione sui communis seruicii in quo Camere apostolice sub certis penis, sentencias et censuris ratione prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte tenebatur efficaciter obligatus summam florenorum auri de Camera ducentorum, reuerendo patre domino Antonio de Lacirosis de Forlino Camere apostolice clero ac sanctissimi domini nostri pape Thesaurario pro ipsa Camera, ac pro totali et integra solucione unius minutus seruicii nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti pro quo erat in dicta Camera similiter obligatus florenos similes tredecim, solidos sedecim, denarios octo monete romane ac pro totali et integra solucione trium minutorum seruiciorum familiaribus et officialibus ipsius santissimi domini nostri pape debitorum pro quibus erat in prefata Camera pariformiter obligatus florenos similes quadraginta ipsis clericis, nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente, die date presencium per manus honorabilium virorum Petri de Capponibus et Jacobi de Spinis et sociorum de Romana Curia, tempore debito, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus quidem sic, ut premittitur, solutis prefatum dominum Stiborum electum episcopum Plocensem eiusque heredes et successores ac eorum bona quaecumque tenore presencium quittamus, absoluimus et liberamus. In quorum etc. Datum Rome in Camera apostolica,... mensis octobris, anno etc., M^{CCC}CCCC^{LXIII}^o, indictione undecima, pontificatus etc., anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 154: in fine: taxa floren. II, gross. III, Recepta, An(to)nius de Forlinio Camere apostolice clericus, sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius. Visa, Sulimanus, Ciriacus, in margine sinistro: Plocensis, commune floren. CC, 1 minutum, floren. XIII, sol XVI, den. VIII, 3-a minuta, floren. XL, 200, Concordat, A(lexius) Beneuentanus vicecamerarius.

a) Alexius archiepiscopus Beneventanus, domini pape vicecamerarius.

472

Alexius archiepiscopus Beneventanus domini Pape vicecamerarius Joannem electum Wladislaviensem pro solutione totali communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Petri et Joannis de Medicis mercatorum facta quitat.

Romae, die 14 decembris, 1463.

Uniuersis etc. Alexius etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes electus Wlatislauiensis, pro totali etc., pro quo erat etc., obligatus florenos auri de Camera quingentos, reuerendo patre

domino Antonio etc., Thesaurario pro ipsa Camera recipiente et pro totali etc., unius minutii seruitii reuerendissimo domino Camerario etc., pro quo etc., erat obligatus florenos similes triginta tres, solidos sexdecim, denarios octo monete romane ac etiam pro totali etc., trium minutorum etc., familiaribus etc., debitorum pro quibus etc., obligatus florenos centum ipsis dominis clericis Camere, prefati reuerendissimi domini Camerarii et ipsorum propriis ac dictorum familiarium etc., nominibus recipiente hodie per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc., cum effectu et tempore debit solui fecit. Pro quibus omnibus etc., ipsum episcopum eiusque etc., presentium tenore quittamus etc. In quorum etc., presentes litteras sigilli Camerarius officii prefati reuerendissimi domini Camerarii appositione munitis fieri fecimus. Datum etc., in Camera apostolica anno MCCCCCLXIII^o, die quarta decima mensis decembris, pontificatus etc., anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 160': in fine: floren. III, gross. 4, Recepta, An(torius) de Forlinio Camere apostolice clericus sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius, Visa, Sulimanus, Gaspar Blondus, *in margine sinistro:* Vlatislauiensis, commune V-C, 1 minutum floren. 33, sol. 16, den. 8, III minuta, floren. C, concordat, A(lexius) Beneuentanus vicecamerarius.

473

Alexius domini Papae vicecamerarius Joannem ad diocesim Cracoviensem de Wladislaviensi translatum, pro totali solutione communis, unius minutii et trium minutorum servitiorum ecclesiae Cracoviensis per manus Petri et Joannis de Medicis mercatorum facta, quitat.

Romae, die 14 decembris, 1463.

Uniuersis etc., Alexius etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes de Wladislauensi ecclesia ad Cracouiensem translatus, pro totali et integra solucione sui communis seruicii dicte Cracouiensis ecclesie in quo Camere apostolice sub certis penis, sentenciis et censuris ratione prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte tenebatur efficaciter obligatus summam florenorum auri de Camera mille quingentorum reuerendo patri domino Antonio de Lacirosis de Forlivio Camere apostolice clericu ac sanctissimi domini nostri pape Thesaurario pro ipsa Camera ac pro totali et integra solucione unius minutii seruicii reuerendissimo in Christo patre domino, domino Ludouico, miseratione diuina tituli Sancti Laurentii in Damaso sacrosancte Romane Ecclesie presbytero cardinali Aquilegensi domini nostri pape Camerario, et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis similiter debiti pro quo erat in dicta Camera similiter obligatus florenos similes centum nec non pro totali et integra solucione trium minutorum seruiciorum familiaribus et officialibus ipsius sanctissimi domini nostri pape debitorum pro quibus erat in prefata Camera pariformiter obligatus florenos similes tricentos ipsis clericis nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente die date presencium per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc., tempore debito solui fecit realiter et cum effectu. De quibus quidem etc., prefatum dominum Johannem episcopum eiusque heredes et successores ac eorum bona quecumque tenore presencium quittamus, liberamus et absoluimus. In quorum etc. Datum Rome in Camera apostolica, die quarta decima mensis decembris, anno etc., MCCCCCLXIII indictione XI, pontificatus etc., sanctissimi domini nostri Pii pape secundi anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 78 f. 161: in fine: taxa, floren. VIII, gross. VIII. Recepta, An(torius) de Forlinio apostolice Camere clericus sanctissimi domini nostri pape Thesaurarius. Visa, Sulimanus, Ciriacus Lecksten, notarius, *in margine sinistro:* Cracouiensis, MD, commune, mille quingentorum, minutum floren. centum III-a minuta, floren. tricentos, concordat A(lexius) Beneuentanus, vicecamerarius.

XLVIII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79.*

Pii II et Pauli II solutiones,

ab anno 1460 ad annum 1470 (a die 23 februarii ad diem 28 decembris),

ff. 1-181 olim ff. I-CLVII, f. 24 olim f. I.

ff. 1-93 Pii II,

ff. 93'-181 Pauli II.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 30-31.

474

Petrus tituli Sancti Marci diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Bartholomaeum episcopum Culmensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum per manus Alexandri de Mirabellis facta quitat.

Senis, die 3 aprilis, 1460.

Petrus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Bartholomeus episcopus Culmensis, pro totali soluzione suorum communis et minutus seruiciorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso, florenos auri de Camera tricento septuaginta quinque, nobis etc., per manus honorabilium virorum Alexandri de Mirabellis et sociorum etc., die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Senis, die tercia mensis aprilis, anno et pontificatus ut supra^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 25: in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Culmensis.

a) miseratione diuina, tituli Sancti Marci sacrosancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, Venetiarum vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersitatis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Uniuersitati vestre notum facimus per presentes.

a) Anno a Natiuitate Domini M^oCCCCCLX^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pli, diuina prouidencia, pape secundi anno secundo.

475

Petrus tituli Sancti Marci diaconus cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Paulum episcopum Warmiensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Petri et Joannis de Medicis mercatorum facta quitat.

Senis, die 22 aprilis, 1460

Petrus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Paulus episcopus Warmiensis, pro totali soluzione suorum communis et minutus seruiciorum in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera ducentos nobis etc., usque in diem decimam mensis januarii proxime preteriti solui fecit realiter et cum effectu per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Senis, die vigesima secunda mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCCLX^o, pontificatus domini Pli pape secundi anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 27: in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Warmiensis.

476

Alexander tituli Sanctae Susanna presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Jacobum episcopum Cracoviensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Petri et Jacobi de Pazzis facta quitat.

Romae, die 1 maii, 1461.

Alexander etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus episcopus Cracoviensis pro totali soluzione suorum communis et minutus seruicio-

rum etc. In quibus etc., ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera mille sexcentos quindecim, solidos decem et nouem, denarios tres nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Jacobi de Pazis et sociorum mercatorum Curiam Romanam sequencium, die date presencium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die prima mensis maii et pontificatus ut supra^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 42': in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

a) miserazione diuina, tituli Sancte Susanne sacrosante Romane Ecclesie presbyter cardinalis, de Saxoferrato vulgariter nuncupatus sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) anno a Natiuitate Domini MCCCCLXII pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, diuina prouidentia, pape secundi anno tertio.

477

Nicolaus tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Luceoriensem pro solutione communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Thomae facta quitat.

Romae, die 24 ianuarii, 1463.

Nicolaus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Luceoriensis, pro totali solucione suorum communis et minuti seruiciorum, in quibus sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso racione promotionis sue ad dictam ecclesiam Camere dicti Collegii nec non familiaribus et officialibus dictorum dominorum cardinalium soluere tenebatur et extitit efficaciter obligatus florenos auri de Camera decem et septem, solidos triginta tres, denarios quatuor, nobis pro ipso Collegio recipientibus, per manus venerabilis viri domini Thome plebani in Pischinicki^{b)} Luceoriensis diocesis, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus sic solutis ipsum dominum episcopum, ecclesiam suam, successores suos et eorum bona prefati Collegii nomine absoluimus, quittamus et liberamus per presentes. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri Camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Rome, die vicesima quarta mensis januarii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, diuina prouidentia, pape secundi anno quinto.

Arch. Vat. Obl. v. 79 f. 67: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Episcopus Luceoriensis.

a) miserazione diuina tituli Sancti Petri ad Vincula, sacrosante Romane Ecclesie presbyter cardinalis, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius, uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

b) sic in ms.

478

Nicolaus tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Stiborium episcopum Plocensem pro solutione totali communis et unius minuti servitiorum suorum per manus Ambrosii de Spanochiis facta quitat.

Romae, die 23 novembris, 1463.

Nicolaus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Stiborius episcopus Plocensis pro totali suorum communis et minuti seruiciorum, in quibus sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso etc., florenos auri de Camera ducentos tridecim, solidos sexdecim, denarios octo nobis etc., per manus honorabilium virorum Ambrosii de Spanochiis et sociorum suorum Romanam Curiam

sequentium die date presentium soluere fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quibus etc. Datum Rome, XXIII nouembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii secundi anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 81': in fine: floren. II, gross. IIII, in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

479

Nicolaus tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione totali communis et unius minutis servitiorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat.

Romae, die 14 novembris, 1463.

Nicolaus etc., quod etc., reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Vlataslauiensis pro totali soluzione suorum communis et minutis seruitiorum in quibus etc., ac termino etc., florenos auri de Camera quingentos triginta tres, solidos sexdecim, denarios octo nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum mercatorum Curiam Romanam sequentium die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XIIIII mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, diuina prouidencia, pape secundi anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 83': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Episcopus Wlatislauiensis.

480

Nicolaus tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Cracoviensem pro solutione totali communis et unius minutis servitiorum per manus Petri et Joannis de Medicis facta quitat.

Romae, die 14 decembris, 1463.

Nicolaus etc., quod etc., reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Cracouiensis, pro totali soluzione suorum communis et minutis seruitiorum in quibus etc., ac termino etc., florenos auri de Camera mille sexcentos nobis etc., per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum suorum mercatorum Curiam Romanam sequentium, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XIIIII decembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXIII^o, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, diuina prouidencia, pape secundi anno sexto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 84: in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Cracouiensis.

481

Jacobus tituli Sancti Chrysogoni presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Cracoviensem pro solutione totali communis et unius minutis servitiorum per manus Petri de Pazzis mercatoris facta quitat.

Romae, die 31 octobris, 1464.

Jacobus etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Cracouiensis, pro totali soluzione suorum communis et minutis seruitiorum in quibus etc., ac termino etc., ratione promotionis etc., florenos auri de Camera mille sexcentos nobis etc., per manus honorabilis viri Petri de Pacis et sociorum

suorum Curiam Romanam sequentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XXXI mensis octobris, anno, pontificatus ut supra ^{b)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 97' in fine: floren. VII, gross. VII, in margine sinistro: Cracouiensis.

a) miseratione diuina tituli Sancti Chrisogoni sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Papiensis vulgariter noncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum

dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) anno a Natiuitate Domini M^oCCCCLXIII, pontificatus domini Pauli pape secundi anno primo.

482

Jacobus tituli Sancti Chrysogoni presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Jacobum episcopum Wladislaviensem pro solutione totali communis et unius minutus servitiorum per manus Petri de Medicis mercatoris facta quitat.

Romae, die 2 novembbris, 1464.

Jacobus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Jacobus episcopus Wlataslauiensis pro totali solutione suorum communis et minutus seruitiorum in quibus etc., ac termino etc., ratione promotionis etc., florenos auri de Camera quingentos uiginti quinque, per manus honorabilis viri Petri de Medicis et sociorum suorum Curiam Romanam sequentium, solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, II nouembris, pontificatus, ut supra ^{a).}

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 97': in fine: floren. III, gross. III, in margine sinistro: Wlataslauiensis.

a) anno a Natiuitate Domini M^oCCCCLXIII, pontificatus domini Pauli pape secundi anno primo.

483

Jacobus tituli Sancti Chrysogoni presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Joannem archiepiscopum Gneznensem pro solutione communis et unius minutus servitiorum suorum per manus Joannis Francisci et Mini de Celso facta quitat.

Romae, die 29 octobris, 1464.

Jacobus etc., quod reuerendus pater in Christo dominus Jacobus episcopus Gnesinencis pro totali solutione suorum communis et minutus seruitiorum in quibus etc., ac termino etc., ratione promotionis etc., florenos auri de Camera duo millia sexcentos sexaginta sex, solidos XXXIII, denarios VIII nobis etc., per manus honorabilis viri Johannis Francisci et Mini de Celso, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XXVIII octobris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCCLXIII, pontificatus domini Pauli anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 98: in fine: floren. XI, gross. XI, in margine sinistro: Gnesinencis.

484

Berardus tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis Collegii cardinalium Camerarius Nicolao electo Pomezaniensi totum id quo pro communi et uno minuto servitiis Collegio debebat remittit.

Rome, die 11 augusti, 1466.

Berardus etc. ^{a)}, quod sacrum Collegium considerans paupertatem et desolationem ecclesie Pomezaniensis propter guerras et disturbia, que in partibus illis non sine magno incommodo et calamitate tocius illius prouincie viguerunt, et

etiam ad uaria honera, que reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus electus in episcopum ipsius ecclesie Pomezaniensis supportare habet, ac certis aliis rationabilibus ad causis etc., totum id et quod, in quo, ipse dominus episcopus tam pro communi quam uno minuto seruicio Camere dicti Collegii etc., racione etc., ac termino etc., hac uice dumtaxat remisit et donauit, quod nos etiam etc., remittimus et donamus et per presentes absoluimus etc. In quorum etc. Datum die XI mensis augusti, anno, pontificatus ut supra.^{b)}

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 130': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Pomezaniensis, remissio.

a) miseratione diuina, tituli Sancte Sabine sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Spoletanus vulgariter nuncupatus, reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius,

b) anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVI, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia, pape secundi anno II.

485

Bessarion episcopus Tusculanus Collegii cardinalium Camerarius Vincentium episcopum Culmensem pro solutione partis communis et unius minuti servitiorum facta quitat, remissione facta de residuo.

Romae, die 15 aprilis, 1467.

Bessarion etc.^{a)}, quod dominus Vincentius episcopus Culmensis et Commendatarius ecclesie Pomezaniensis, pro parte solutionis suorum communis et minutis seruitiorum in quibus etc., ratione promotionis ad dictam ecclesiam Culmensem, in quibus etc., et commende dicte ecclesie Pomezaniensis ac termino etc., florenos auri de Camera sexaginta septem nobis etc., per manus honorabilis viri Guillelmi et Johannis de Pacis etc., solui fecit, residuum uero propter guerras quod pro dolo et in illis partibus tanto tempore viguerunt, aliis racionalibus causis idem sacram Collegium pro hac uice donauit et remisit etc., quod nos etc. De quibus sic solutis ac remissis etc. In quorum etc. Datum Rome XV aprilis, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVII, pontificatus sanctissimi domini nostri Pauli anno III^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 139': in fine: floren. II, gross. II, in margine sinistro: Culmensis-Pomesaniensis.

a) miseratione diuina episcopus Tusculanus sacrosancte Romane Ecclesie cardinalis et patriarcha Constantinopolitanus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum Romane Ecclesie cardinalium Camerarius,

486

Guilelmus episcopus ostiensis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Vilnensem pro solutione totali communis et unius minuti servitiorum per manus Thomae facta quitat.

Romae, die 12 maii, 1468.

Guilelmus etc.,^{a)} quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Vilnensis pro totali solutione suorum communis et minutis seruitiorum in quibus etc., ac termino nondum etc., ratione etc., florenos auri de Camera uiginti sex, solidos XXXIII, denarios IIII nobis etc., per manus honorabilis viri Tome rectoris parochialis ecclesie in Prezomich Luceoriensis diocesis eiusdem domini episcopi procuratoris, die date presentium solui fecit realiter cum effectu etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XII mensis maii anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVIII, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia, pape II anno quarto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 155: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Vilnensis.

a) miseratione diuina, episcopus Ostiensis sacro sancte Romane Ecclesie cardinalis, Rothomagensis vulgariter noncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

Guilelmus episcopus ostiensis Collegii cardinalium Camerarius Rudolphum episcopum Wratislaviensem pro solutione partis minutu et communis servitiorum per manus Joannis Offinan facta quitat, remissione facta de residuo.

Romae, die 17 maii, 1468.

Guilelmus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Rudolfus episcopus Vrataluiensis pro parte sui minutu et communis seruitiorum in quibus etc., ratione etc., ac termino etc., florenos auri de Camera centum nobis etc., per manus venerabilis viri domini Johannis Offinan eiusdem domini episcopi procuratoris, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. Residuum uero communis et minutu seruitii et totum id quod et in quo ipse dominus episcopus tenebatur, idem sacrum Collegium ex sua mera liberalitate pro hac uice dumtaxat, remisit pariter et donauit. Quod nos etiam auctoritate in hac parte nobis commissa, de assensu illorum omnium maxime quorum interest, remittimus pariter et donamus per presentes. De quibus sic solutis et remissis ipsum dominum episcopum etc. In quorum etc. Datum Rome, XVII maii, anno et pontificatus ut supra.^{a)}

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 155': in fine: floren. X, gross. X, in margine sinistro: Vrataluiensis, remissio.

a) anno Nativitatis Domini MCCCCLXVIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia, pape secundi anno IIII.

Guilelmus episcopus ostiensis Collegii cardinalium Camerarius Martinum episcopum Luceoriensem pro totali solutione communis et unius minutu servitiorum suorum per manus Pauli facta quitat.

Romae, die 21 iulii, 1468.

Guilelmus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Martinus episcopus Luceoriensis, pro totali solucione suorum communis et minutu seruiciorum in quibus etc., ac termino etc., ratione etc., florenos auri de Camera decem et nouem, solidos XXII, denarios IIII nobis etc., per manus honorabilis viri domini Pauli plebani in Buzino eiusdem domini episcopi procuratoris die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Datum Rome, XXI julii, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVIII, pontificatus domini Pauli anno IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 159': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Luceoriensis.

Guilelmus episcopus ostiensis Collegii cardinalium Camerarius Nicolaum episcopum Warmiensem pro totali solutione communis et unius minutu servitiorum per manus Guilelmi et Joannis de Pazzis mercatorum facta quitat.

Romae, die 17 novembris, 1468.

Guilelmus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Varmiensis, pro totali solutione suorum communis et minutu seruiciorum, in quibus etc., ac termino etc., ratione etc., florenos auri de Camera due centum undecim, solidos XXXVIII, denarios II, nobis etc., per manus honorabilium viorum Guillelmi et Johannis de Pactis et sociorum suorum Curiam Romanam sequentium, die date presentium solui fecit realiter, cum effectu. De quibus etc. Ir. quorum etc. Datum Rome, die, anno, pontificatus, ut supra.^{a)}

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 163: in fine: floren. II, gross. II, in margine dextro: CCXI, in margine sinistro: Varmiensis.

a) XVII mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVIII, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia, pape II anno quinto.

Joannes episcopus Portuensis Collegii cardinalium Camerarius Joannem episcopum Wladislaviensem pro solutione communis et unius minutis servitiorum per manus Petri et Joannis de Medicis mercatorum facta quitat.

Romae, die 28 februarii, 1469

Johannes etc.^{a)}, quod reuerendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Vlataslauiensis, pro totali solutione suorum communis et minutis servitiorum in quibus etc., ac termino etc., ratione etc., florenos auri de Camera quingentos triginta tres, solidos XLVI, denarios VIII, bone memorie domino Nicolao Sancti Petri in Vinculis olim presbytero cardinali et tunc dicti Collegii Camerario pro ipso sacro Collegio recipiente usque in diem XIIII mensis nouembris anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oLXIII^o, pontificatus felicis recordationis domini Pii tunc pape II anno sui pontificatus VI^o, per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum suorum Curiam Romanam sequentium solui feciti realiter et cum effectu. De quibus sic solutis, idem bone memorie dominus Nicolaus cardinalis et tamquam Camerarius, ipsum dominum Johannem episcopum Vlataslauensi ecclesiam suam, successores suos et eorum bona, prefati Collegii nomine per suas litteras et sigillo prefati Camerariatus officii, ut est moris sigillatas, absoluti, quitavit et omnino liberauit prout apparet hoc suo libro solutionis, folio LX^{b)}. In quorum fidem etc. et testimonium presentes has litteras fieri iuximus et sigilli Camerariatus officii iuximus appositione muniri. Datum Rome, die XXVIII februarii anno a Natiuitate Domini, MCCCCLXVIII, pontificatus domini pape Pauli anno V^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 168': in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Certificacio solutionis Vlataslauiensis.

a) miseratione diuina episcopus Portuensis sacrosancte Romane Ecclesie cardinalis, Sancti Angeli vulgariter nuncupatus, sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Camerarius.

b) cfr. supra nr. 479.

Joannes episcopus Portuensis Collegii cardinalium Camerarius Joannem abbatem monasterii Sanctorum Vincentii et Eustachii extra muros Wratislavienses pro solutione communis et unius minutis servitiorum per manus Nicolai facta quitat.

Romae, die 28 augusti, 1469.

Johannes etc., quod venerabilis in Christo pater dominus Johannes abbas monasterii Sanctorum Vincentii et Eustachii ordinis Premonstratensis extra muros Vlataslauiensis, pro totali solutione suorum communis et minutis servitiorum in quibus etc., ac termino etc., ratione etc., florenos auri de Camera quadraginta tres, solidos XLIII nobis etc., per manus honorabilis viri Nicolai Gryvirtum eiusdem abbatis asserti procuratoris, die date presentium solui fecit realiter et cum effectu. De quibus etc., in quorum etc. Datum Rome, die XXVIII mensis augusti, anno a Natiuitate Domini MCCCCLXVIII, pontificatus domini Pauli II anno quinto.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79 f. 177: in fine: floren. I, gross. II, in margine sinistro: Sanctorum Vincentii et Eustachii Vlataslauiensis diocesis.

XLIX *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 79A.*

*Sixti IV et Innocentii VIII obligationes,
ab anno 1480 ad annum 1492 (a die 13 maii ad diem 28 septemboris),
ff. 1-129 olim ff. I-LXII, 63-117.*

Sine indicibus, tituli marginales.

Pro Polonia nihil.

L. Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80.

Pii II et Pauli II divisiones.

ab anno 1460 ad annum 1470 (a die 9 aprilis ad diem 30 decembris),

ff. 1-233 olim ff. I-CCVII, f. 27 olim f. 1.

ff. 1-113 Pii II,

ff. 113-225 Pauli II.

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 31.

492

Divisio pecuniae per Bartholomaeum episcopum Culmensem solutae.

Senis, die 3 martii, [1460].

Senis, die tercia mensis marci, dominus Bartholomeus episcopus Culmensis soluit florenos CCCLXXV. Fuit promotus in monasterio Sancti Francisci extra muros Senenses XIII^o Kal. aprilis, pontificatus prefati domini Pii anno secundo. Fuerunt in eius promocione cardinales participantes XVII, videlicet: Ruthenus, Estouteuilla, Sancti Sixti, Aquilegensis, Ursinensis, Auinionensis, Eduensis, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum IIII-or, Sancte Anastasie, Sancte Sabine, Sancte Ceciliae, Sancte Susanne, Columna, Sancti Nicolai. Capiunt clerici Collegii florenos III, solidos XXXVII, denarios VI. Restant floreni CCCLXX, solidi XII, denarii X. Capit quilibet dominorum florenos XXI, solidos XL, denarios X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 27: in margine sinistro: Episcopus Culmensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 29.

493

Divisio pecuniae per Jacobum episcopum Cracoviensem solutae.

Romae, [die 4 aprilis, 1461].

Rome, dicta die, dominus Jacobus episcopus Cracoviensis soluit florenos MVI-C-XV, solidos XVIII, denarios III. Fuit promotus Rome, die XXIII mensis nouembris, pontificatus domini Pii, anno III^o. Fuerunt in eius promotione cardinales participantes XVII, videlicet: Ruthenus, Estouteuilla, Sancti Sixti, Aquilegensis, Ursinensis, Auinionensis, Sancti Petri, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum IIII-or, Sancte Anastasie, Sancte Sabine, Sancte Ceciliae, Sancte Susanne, Columna, Sancti Nicolai.

Capiunt clerici Collegii florenos XVI, solidos VII, denarios VIII. Restant floreni MV-C-LXXXXVIII solidi XI, denarii VII. Capit quilibet dominorum florenos LXXXVIII-or, solidos III, denarios VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 47: in margine sinistro: Episcopus Cracoviensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 50.

494

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Luceoriensem solutae.

Romae, die 24 ianuarii, [1463].

Rome, die XXIII-a mensis januarii, dominus Johannes episcopus Luceorienensis soluit florenos XVII, solidos XXXIII, denarios III. Fuit promotus Rome, pridie Idus januarii, pontificatus domini Pii anno V-to. Fuerunt in eius promotione cardinales participantes XXIII, videlicet: Ruthenus, Nicenus, Estoueuila, Portuensis, Sancti Sixti, Aquilegensis, Ursinensis, Auinionensis, Sancti Petri, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum IIII-or, Sancte Anastasie, Sancte Ceciliae, Sancte Susanne, Atrabacensis, Constanciensis, Papiensis, Co-

lumna, Sancti Nicolai, Mantuanus, Sancti Eustachii, Albreto. Capiunt clerci Collegii solidos VIII, denarios VII. Restant floreni XVII, solidi XXIII, denarii VI. Capit quilibet dominorum solidos XXXVI, denarios V.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 83: in margine sinistro: Episcopus Luceoriensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 86'.

495

Divisio pecuniae per Paulum episcopum Chelmensem solutae.

Romae, die 30 augusti, [1463].

Rome, die XXX mensis augosti, dominus Paulus episcopus Chelmensis soluit florenos XVII, solidos XXXIII, denarios III. Fuit promotus Rome, XVIII Kal. Iulii, pontificatus domini Pii anno V-to. Fuerunt in eius promotione cardinales participantes XXII, videlicet: Nicenus, Rothomagensis, Portuensis, Sancti Sixti, Aquileiensis, Ursinus, Auinionensis, Sancti Petri, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum IIII-or, Sancte Anastasie, Sancte Ceciliae, Sancte Susanne, Atrebacensis, Constanciensis, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Mantuanus, Sancti Eustachii. Capiunt clerci Collegii florenos..., solidos VIII, denarios VII. Restant floreni XVII, solidi XXVIII, denarii VIII. Capit quilibet dominorum florenos..., solidos XXXVIII, denarios...

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 98': in margine sinistro: Episcopus Chelmensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 101'.

496

Divisio pecuniae per Stiborium episcopum Plocensem solutae.

Romae, die 17 octobris, [1463].

Rome, XVII mensis octobris, dominus Stiborius episcopus Plocensis soluit florenos CCXIII, solidos XVI, denarios VIII. Fuit promotus Rome, tercio Nonas octobris, pontificatus domini Pii anno VI^o. Fuerunt in eius promotione cardinales participantes XXII, videlicet: Nicenus, Rothomagensis, Portuensis, Sancti Sixti, Aquileiensis, Ursinus, Auinionensis, Sancti Petri, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum IIII-or, Sancte Anastasie, Sancte Ceciliae, Atrebacensis, Constanciensis, Sancte Sabine, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Sancti Eustachii, Mantuanus. Capiunt clerci Collegii florenos II, solidos VI, denarios VIII. Restant floreni CCXI, solidi X, denarii... Capit quilibet dominorum florenos VIII, solidos IIII, denarium I.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 99': in margine sinistro: Episcopus Plocensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 101'.

497

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Wladislaviensem solutae.

Romae, die 14 decembris, 1463.

Rome, die XIII mensis decembris, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oLXIII, dominus Johannes episcopus Vlataslauiensis soluit florenos V-C-XXXIII, solidos XI, denarios VIII. Fuit promotus Rome, VIII^o Idus junii, pontificatus domini Pii anno V^o. Fuerunt in eius promotione cardinales XXII. Capiunt clerci Collegii florenos V, solidos XVI, denarios VII. Restant floreni V-C-XXVII solidi XXXV, denarii V. Capit quilibet dominorum florenos XXII, solidos XXXVII, denarios VII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 103': in margine sinistro: Vlataslauiensis.

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Cracoviensem solutae.

Romae, die 20 decembris, 1463.

Rome, die XX mensis decembris, anno MCCCCLXIII, dominus Johannes episcopus Cracouiensis soluit florenos MVI-C. Fuit promotus Rome, VIII^o Id. junii, pontificatus domini Pii anno V^o. Fuerunt in eius promotione cardinales participantes XXII, videlicet: Nicenus, Rothomagensis, Portuensis, Sancti Sixti, Aquileiensis, Ursinus, Auinionensis, Sancti Petri, Bononiensis, Sancti Marci, Zamoriensis, Sanctorum Quatuor, Sancte Anastasie, Sancte Cecilie, Sancte Susanne, Albienensis, Constanciensis, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Mantuanus, Sancti Eustachii. Capiunt clerici Collegii florenos XVI, solidos... Restant floreni MV-C-LXXXIII, solidi..., denarii... Capit quilibet dominorum florenos LXVIII, solidos XXXIII, denarios VI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 104: in margine sinistro: Episcopus Cracouiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 105.

Divisio pecuniae per Joannem archiepiscopum Gneznensem solutae.

Romae, die 29 octobris, [1464].

Rome, XXVIII^o mensis octobris, dominus Johannes archiepiscopus Gnesnensis soluit florenos II-M-VI-C-LXVI, solidos XXXIII, denarios III. Fuit promotus Rome XIII^o Kal. nouembris, pontificatus domini Pauli anno primo. Fuerunt in eius promossione cardinales participantes XXX Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sixti, Sancti Angeli, Aquilegensis, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Zamoriensis, Sancte Anastasie, Constanciensis, Reatinus, Sancte Sabine, Sancte Cecilie, Rauenatensis, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Senensis, Mantuanus. Capiunt clerici Collegii florenos XXVI, solidos XXXIII, denarios III. Restant floreni II-M-VI-C-XXXX, solidi... denarii... Capit quilibet dominorum florenos CXXXII, solidos..., denarios...

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 119: in margine sinistro: Archiepiscopus Gnesnensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 121'.

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Cracoviensem solutae.

Romae, die 29 octobris, 1464

Rome, XXVIII^o octobris 1464, dominus Johannes episcopus Cracouiensis soluit florenos I-M-VI-C. Fuit promotus Rome, XIII^o Kal. nouembris, pontificatus domini Pauli anno primo. Fuerunt in eius promossione cardinales participantes XX: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sixti, Sancti Angeli, Aquilegensis, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Zamoriensis, Sancte Anastasie, Constanciensis, Reatinus, Sancte Sabine, Sancte Cecilie, Rauenatensis, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Senensis, Mantuanus. Capiunt clerici Collegii florenos XVI, solidos..., denarios... Restant floreni I-M-V-C-LXXXIII, solidi..., denarii... Capit quilibet dominorum florenos LXXVIII, solidos X, denarios...

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 119': in margine sinistro: Cracouiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 121'.

501

Divisio pecuniae per Jacobum episcopum Wladislaviensem solutae.

Romae, [die 29 octobris, 1464].

Rome, eadem die, dominus Jacobus episcopus Wlataslauiensis soluit florenos V-C-XXV. Fuit promotus Rome, XIII Kal. nouembris, pontificatus domini Pauli anno primo. Fuerunt cardinales participantes in eius promossione XX: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sixti, Sancti Angeli, Aquilegensis, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Zamoriensis, Sancte Anastasie, Constanciensis, Reatinus, Sancte Sabine, Sancte Cecilia, Rauenatensis, Papiensis, Albreto, Sancti Nicolai, Senensis, Mantuanus. Capiunt clerici Collegii florenos V, solidos XII, denarios VI. Restant floreni V-C-XVIII, solidi XXXVII, denarii VI. Capit quilibet dominorum florenos XXV, solidos XXXVIII, denarios IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 119': in margine sinistro: Episcopus Wlataslauiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 121'.

502

Divisio pecuniae per Vincentium episcopum Culmensem et Pomezaniensem solutae.

Romae, die 11 aprilis, 1467.

Rome, XI aprilis 1467, dominus Vincentius episcopus Culmensis ac Pomezariensis soluit florenos VII. Fuit promotus Rome, Kal. aprilis, pontificatus domini Pauli anno III^o. Fuerunt cardinales XVII: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sisti, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Zamorensis, Sanctorum Quatuor, Albensis, Constanciensis, Spoletanus, Thianensis, Rauenna, Papiensis, Vicecancellarius, Mantuanus, Senensis. Capiunt clerici Collegii, florenos..., solidos XXXIII, denarios VI. Restant floreni LXVI, solidi XVI, denarii VI. Capit quilibet dominorum florenos III, solidos XLV, denarium I.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 171, in margine sinistro: Culmensis et Pomezariensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 174.

503

Divisio pecuniae per Joannem episcopum Vilnensem solutae.

Romae, die 13 maii, [1468].

Rome, XIII maii, dominus Johannes episcopus Vilnensis soluit florenos XXVI, solidos XXXIII, denarios IIII. Fuit promotus Rome, IIII Idus maii, pontificatus domini Pauli anno IIII^o. Fuerunt cardinales XXIII: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sisti, Sancti Angeli, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Sanctorum Quatuor, Albensis, Constanciensis, Reatinus, Spoletanus, Theanensis, Rauenna, Papiensis, Neapolitanus, Aquilanus, Vicentinus, Sancti Petri in vincula, Vicecancellarius, Mantuanus, Senensis, Montis Ferrati. Capiunt clerici Collegii florenos..., solidos XIII, denarios IIII. Restant floreni XXVI, solidi XX, denarii... Capit quilibet florenum I, solidos VII, denarios IIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 190': in margine sinistro: Vilnensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 194, 207.

504

Divisio pecuniae per Rudolphum episcopum Wratislaviensem solutae.

Romae, die 18 maii, 1468.

Rome, XVIII maii 1468, dominus Rodulfus episcopus Vratislauiensis soluit florenos CX, solidos XI. Fuit promotus Rome V Kal. maii, pontificatus domini

Pauli anno III^o. Fuerunt cardinales XXIII: Nicenus, Rothomagiensis, Sancti Sisti, Sancti Angeli, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Sanctorum Quatuor, Albiensis, Constanziensis, Reatinus, Spoletanus, Thoaensis, Rauenna, Papiensis, Neapolitanus, Aquilanus, Vicentinus, Sancti Petri in Vincula, Vicecancellarius, Mantuanus, Senensis, Montis Ferrati. Capiunt clerici Collegii florenum I, solidos V, denarium I. Restant floreni CVIII, solidi XLV, denarii... Capit quilibet dominorum florenos IIII, solidos XXXVI.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 192: in margine sinistro: Vratislauiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 194.

505

Divisio pecuniae per Martinum episcopum Luceoriensem solutae.

Romae, die 21 iulii, 1468

Rome, XXI julii 1468, dominus Martinus episcopus Luceoriensis soluit florenos XVIII, solidos XXII, denarios III-or. Fuit promotus Rome, pridie Non. julii, pontificatus domini Pauli anno III^o. Fuerunt cardinales XXXIII: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Sisti, Sancti Angeli, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Sanctorum Quatuor, Albiensis, Constanziensis, Reatinus, Spoletanus, Toanensis, Rauenna, Papiensis, Neapolitanus, Aquilanus, Vicentinus, Sancti Petri in Vincula, Vicecancellarius, Mantuanus, Senensis, Montis Ferrati. Capiunt clerici Collegii florenos..., solidos VIII, denarios VIII. Restant floreni XVIII, solidi XII, denarii VII. Capit quilibet dominorum florenos..., solidos XLI, denarium I.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 196: in margine sinistro: Luceoriensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 197', 207.

506

Divisio pecuniae per Nicolaum episcopum Warmiensem solutae.

Romae, [die 15 novembris, 1468].

Rome, eadem die, dominus Nicolaus episcopus Varmiensis soluit florenos CCXI, solidos XXXII, denarios II. Fuit promotus Rome, pridie Non. nouembris, pontificatus domini Pauli anno V^o. Fuerunt cardinales XX: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Angeli, Ursinus, Auinionensis, Bononiensis, Constanziensis, Reatinus, Spoletanus, Toanensis, Rauenna, Papiensis, Neapolitanus, Aquilanus, Vicentinus, Sancti Petri in Vincula, Vicecancellarius, Mantuanus, Senensis, Montis Ferrati. Capiunt clerici florenos II, solidos V, denarios VIII. Restant floreni CCVIII, solidi XXVI, denarii V. Capit quilibet dominorum florenos X, solidos XXIII, denarios VIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 200: in margine sinistro: Vuarmiensis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 202', 207'.

507

Divisio pecuniae per Joannem "abatem" monasterii Sanctorum Vincentii et Eustachii solutae.

Romae, [die 31 augusti, 1469].

Rome, eadem die, dominus Johannes abbas monasterii Sanctorum Vincentii et Eustachii ordinis Premonstratensis, Vratislauiensis diocesis, soluit florenos XLIII, solidos XLIII. Fuit promotus Rome, XII Kal. aprilis, pontificatus domini Pauli anno V^o. Cardinales XXII: Nicenus, Rothomagensis, Sancti Angeli, Ursinus,

Auinionensis, Bononiensis, Constanciensis, Reatinus, Spoletanus, Thoanensis, Rauenna, Papiensis, Neapolitanus, Aquilanu, Vicentinus, Sancti Petri in Vincula, Vicecancelarius, Mantuanus, Senensis, Montis Ferrati, Sancte Marie, Sancte Lucie. Capiunt clerici florenum I, solidos XXI, denarios X. Restant floreni XLIII, solidi XXI, denarii II. Capit quilibet dominorum florenum I, solidos XVI, denarios VIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 80 f. 219': in margine sinistro: Vincentii et Eustachii Vrataluiensis diocesis.

NB. Solutio haec recolitur in divisione generali f. 220'.

LI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 81.*

*Innocentii VIII, Alexandri VI, Pii III et Julii II debitores,
ab anno 1471 ad annum 1511 (a die 8 octobris ad diem 8 augusti),
ff. 1-99.*

ff. 39: «Debitores tempore domini Innocentii, libro primo».

f. 74: «Debitores libri tertii obligationum Collegii tempore Alexandri VI, anni MDII, pontificatus ipsius Alexandri anno X°. »

f. 80: «Debitores tempore domini Pii tertii, pontificatus sui anno primo, die XIIII octobris 1503. »

f. 81: «Debitores de tempore Julii pape II, pontificatus sui anno primo, die 2 decembris 1503. »

f. 86: «Ex libro II obligationum domini Julii pape II».

Sine indicibus, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 31.

508

*Joannes episcopus Wratislaviensis per Joannem procuratorem suum obligavit se
Camerae et Collegio solvere pro suo communi servitio florenos auri 4001 et quinque
minuta servitia consueta.*

[Romae], die 20 martii, [1482].

Die XX martii, dominus Johannes... ut principalis et priuata persona ac
vice et nomine reuerendi patris domini Johannis episcopi Wratislauensis obli-
gauit soluere Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum cardina-
lium communia seruitia eiusdem ecclesie taxate ad florenos auri de Camera
quatuor millia et unum. Fuerunt date societati de Saluatis que promisit soluere
per totum mensem decembrem proxime futurum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 81 f. 26': in margine sinistro: Wratislauensis.

509

*Michael de Leopoli episcopus Kiovensis per Jacobum de Piscia obligavit se Ca-
merae et Collegio solvere florenos 33 et 1/3.*

[Romae], die 27 iunii, 1487.

Die XXVII junii 1487, venerabilis vir dominus Jacobus de Piscia procurator
in Romana Curia, nomine reuerendi patris domini Michaelis de Leopoli electi
Kyouiensis, taxa floren. XXXIII et 1/3, patet, ut supra, fol. LXXXI^{a)}.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 81 f. 43': in margine sinistro: Kyouiensis, XXXIII, 1/3.

a) in libro primo Innocentii.

Thomas electus Moldaviensis ut principalis obligavit se Camerae et Collegio solvere florenos 33 et 1/3.

[*Romae*], die 30 octobris, [1497].

Die XXX octobris, reuerendus pater dominus Tomas electus Modauiensis, principalis, pro communi seruitio dicte ecclesie. Taxa XXXIII 1/3, patet libro primo obligationum domini Alexandri pape VI, folio 92.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 81 f. 63: in margine dextro: Licinius Cheminart infra sex menses et adnotatio ex; in margine sinistro: Modauiensis, 33 1/3.

Petrus electus Camenecensis obligavit se Camerae et Collegio soluere florenos 33 et 1/2.

[*Romae*], die 12 maii, [1498].

Die XII maii, reuerendus pater dominus Petrus electus Camenecensis. Taxa XXXIII 1/2. Patet libro predicto^{a)}, folio 111.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 81 f. 64, in margine sinistro: Camenecensis.

a) In libro I^o domini Alexandri pape VI.

LII Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82.

Pauli II et Sixti IV provisiones,

ab anno 1466 ad annum 1483 (a die 5 ianuarii ad diem 21 augusti),

ff. 1-152 olim ff. I-119.

ff. 1-63 Pauli II,

ff. 63'-152 Sixti IV.

f. 27 olim f. I: «Liber prouisionum omnium ecclesiarum et monasteriorum factarum per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Pau- lum diuina prouidentia papam secundum, ab anno a Nativitate Domini Nostri Jhesu Christi, M^oCCCC^oLXVI^o, pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri anno secundo, a prima die januarii eiusdem anni et pontificatus, in qua fuit electus in consistorio secreto unanimiter reuerendissimus in Christo pater et dominus, dominus Berardus tituli Sancte Sabine sacrosante Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Spoletanus vulgo nuncupatus, in Camerarium sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum et dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium, prout sequitur etc.»

f. 63': «Seguntur prouisiones facte per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Sextum, diuina prouidencia, papam quartum, inceppe die XXX mensis augusti anno a Nativitate Domini M^oCCCCLXXI^o, tempore camerarii reuerendissimi in Christo patris et domini domini Philippi episcopi Portuensis, cardinalis Bononiensis vulgariter nuncupati.»

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 31.

Provisio ecclesiae Pomezaniensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 553)

[*Romae*, die 18 iulii, 1466].

Eadem die, sanctissimus dominus noster ad relacionem reuerendissimi domini Niceni prouidit ecclesie Pomesariensi in Pruscia vacanti per obitum ultimi episcopi, de persona domini Nicolai decani Sambiensis, ordinis Prutenorum professi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 32: in margine sinistro: Pomesariensis.

Provisio ecclesiae Culmensi de persona Vincentii. (Cfr. N. 554)

[*Romae*, die 1 *aprilis*, [1467].]

Prima aprilis etc., idem sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem domini Constanciensis, per resignationem domini Bartholomei episcopi non consecrati, prouidet ecclesie Culmensi de persona domini Vincencii.
Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 36': *in margine sinistro*: Culmensis.

Vincentio ecclesia Pomezaniensis in commendam conceditur. (Cfr. N. 555)

[*Romae*, die 1 *aprilis*, 1467].

Eadem die etc., et ad relacionem eiusdem, commendauit preffato domino Vincentio ecclesiam Pomezaniensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 36': *in margine sinistro*: Pomezariensis.

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Rudolphi. (Cfr. N. 556)

[*Romae*, die 27 *aprilis*, 1468].

Eadem die et consistorio, absoluit reuerendum patrem dominum Radulfum episcopum Lauentinum ab ecclesia sua et transtulit eum ad ecclesiam Vratalauensem, prefficiendo eum in pastorem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 43': *in margine sinistro*: Vratalauensis.

Provisio ecclesiae Vilnensi de persona Joannis translati de Luceoriensi. (Cfr. N. 557)

[*Romae*, die 4 *maii*, [1468].]

Die IIII maii, ad relacionem reuerendissimi domini cardinalis de Ursinis absoluit reuerendum patrem dominum Johannem episcopum Luceoriensem et transtulit eum ad ecclesiam Vilnensem vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam deffuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 43': *in margine sinistro*: Vilnensis.

Provisio ecclesiae Luceoriensi de persona Martini. (Cfr. N. 558)

[*Romae*, die 4 *iulii*, [1468].]

Die lune IIII julii, in consistorio secreto sanctissimus dominus noster ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit eccliesie Luczonensi, de persona domini Martini, vacanti per translationem reuerendi patris domini Johannis ultimi ipsius eccliesie episcopi translati ad ecclesiam Vilnensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 45: *in margine dextro*: In ducatu Lithuanie, *in margine sinistro*: Luczonensis.

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Nicolai Tuengen. (Cfr. N. 559)

[*Romae*, die 4 novembris, [1468].]

Die IIII nouembris, in consistorio secreto etc., promouit dominum Nicolaum Tongen scriptorem apostolicum in episcopum Warmiensem, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 46': in margine sinistro: Warmiensis.

Provisio monasterio Sanctorum Vincentii et Eustachii extra muros Wratislavienses de persona Joannis de Losem. (Cfr. N. 560)

[*Romae*, die 24 martii, 1469].

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Senensis, prouidit monasterio Sanctorum Vincentii et Eustachii extra muros Vrataluiensis, ordinis Premonstratensis, de persona venerabilis viri domini Johannis de Losem ipsius monasterii professi, vacante per obitum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 49': in margine sinistro: Vincentii et Eustachii extra muros Wrataluienses.

Provisio ecclesiae Camenecensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 561)

[*Romae*, die 5 iunii, [1469].]

Die V junii, idem dominus noster in consistorio etc., ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Camenetensi in Polonia, de persona domini Nicolai canonici Presmiliensis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 50': in margine sinistro: Camenetensis.

Provisio ecclesiae titulari Aenensi de persona Vincentii. (Cfr. N. 562)

[*Romae*, die 13 octobris, 1469].

Eadem die et consistorio etc., idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Sancti Petri in Vincula, prouidit ecclesie titulari Enensi, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti de persona religiosi viri domini Vincentii, ordinis Predicatorum, bachelario in sacra theologia, concedendo sibi quod in ciuitate et diocesi Poznaniensi, et non alibi, possit exercere pontificalia, reseruata pensione super fructibus etc., ipsius ecclesie Poznaniensis CC florenos de consensu ipsius episcopi et capituli.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 53': in margine sinistro: Enensis titularis.

Provisio ecclesiae Sambiensi de persona Theodorici. (Cfr. N. 563)

[*Romae*, die 30 aprilis, 1470].

Eadem die et consistorio, promouit reuerendum patrem dominum..., militem et commendatarium Beate Marie de Prucia, ad ecclesiam Sambinensem, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 56: in margine sinistro: Sambinensis.

Provisio ecclesiae Mednicensi de persona Bartholomaei decani Vilnensis. (Cfr. N. 564) [Romae, die 13 februarii, 1471].

Eadem die et consistorio, ad relacionem reuerendissimi domini Papiensis, prouidit ecclesie Metdinensi in Polonia, de persona domini Bartholomei decani Villorensis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti. *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 60': in margine sinistro:* Metdinensis.

Provisio ecclesiae Cracoviensi de persona Joannis Rzeszowski. (Cfr. N. 565) [Romae], die 13 novembris, [1471].

Die mercurii XIII nouembris, sanctissimus dominus noster, ad relacionem reuerendissimi domini Niceni, prouidit ecclesie Cracouiensi, de persona reuerendi patris domini Johannis de Restau, vacanti per obitum ultimi episcopi preficiendo eum in episcopum et pastorem, etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 66': in margine sinistro: Cracouiensis.

Provisio ecclesiae Plocensi de persona Casimiri cui in administrationem traditur. (Cfr. N. 566) [Romae,] die 16 decembris, [1471].

Die lune XVI decembris, sanctissimus dominus noster in consistorio secreto dedit in administracionem ecclesiam Plocensem domino Kazimiro, donech XXVII attingerit et deinde prouidit sibi in titulum, reseruata pensione CC du-
catorum domino Tongnen^{a)} promoto seu translato ad ecclesiam Caminensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 68: in margine sinistro: Plocensis.

a) Tuengen.

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Andreeae de Oporow et Caminensi de persona Nicolai Tuengen. (Cfr. N. 567) [Romae, die 16 decembris, 1471].

Eadem die, dominus Nicolaus Tongnen fuit translatus de ecclesia Warmiensi ad ecclesiam Caminensem vacantem etc., et ecclesie Warmiensi sic va-
canti per huiusmodi promocionem seu translacionem prouidit de persona domini Andree de Oporow.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 68: in margine sinistro: Varmiensis-Caminensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Jacobi translati de Wladislaviensi. (Cfr. N. 568) [Romae,] die 17 decembris, [1473].

Die XVII decembris, idem sanctissimus dominus noster, ad relacionem do-
mini Sancti Petri ad Vincula, absoluit dominum Jacobum episcopum Vlad-
slauensem et eum transtulit ad ecclesiam Gnesinensem vacantem per obitum
domini Johannis archiepiscopi ipsius ecclesie Gnesinensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 81': in margine sinistro: Gnesinensis.

528

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Sbignei. (Cfr. N. 569)

[*Romae, die 17 decembris, 1473.*]

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Vladaslauensi, de persona venerabilis viri domini Sbegey canonici et scholastici ecclesie Cracouiensis, vacanti per translacionem domini Jacobi olim ipsius episcopi ad ecclesiam Gnesinensem ut supra.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 81': in margine sinistro: Vlataslauiensis.

529

Provisio ecclesiae Sambiensi de persona Joannis. (Cfr. N. 570)

[*Romae,] die 23 decembris, [1474.*]

Die XXIII decembris, ad relationem domini cardinalis Mantuani, idem dominus noster prouidit de ecclesia Sambiensi, de persona domini Johannis procuratoris generalis ordinis Theutonicorum Hierosolomitani, vacanti per obitum domini Theodorici extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 87': in margine sinistro: Sambiensis.

530

Provisio ecclesiae Moldaviensi de persona Petri. (Cfr. N. 571)

[*Romae,] die 29 martii, [1476.*]

Die veneris XXVIIII marci, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Moldauensi in Amonea seu Bulgaria, de persona venerabilis patris domini..., vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, que non reperitur in taxa et vacauit per IIII-or annos.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 98: in margine sinistro: Meldouiensis.

531

Provisio ecclesiae titulari Margaritensi de persona Jacobi. (Cfr. N. 572)

[*Romae,] die 24 mai, [1476.*]

Die veneris XXIIII maii, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, apud Sanctam Mariam Maiorem de Urbe, ad relationem reuerendissimi domini Spoletani, prouidit ecclesie titulari Margaritensi de persona venerabilis patris domini Ja(cobi) professi ordinis Fratrum Minorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v 82 f. 98': in margine sinistro: Margaritensis.

532

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Andree episcopi Warmiensis cui in administrationem traditur. (Cfr. N. 573)

[*Romae, die 5 octobris, 1476.*]

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Mantuani idem sanctissimus dominus noster concessit in administrationem ecclesiam Premisiensem reuerendo patri domino Andree episcopo Wermensi, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 101': in margine sinistro: Presmiliensis.

533

Provisio ecclesiae Kiovieni de persona Joannis. (Cfr. N. 574)

[*Romae, die 29 octobris, 1477.*]

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Kyoviensis in Liuonia, de persona venerabilis patris domini Johannis presentis in Curia Romana, vacanti tercio anno, quatenus pro expresso idem sanctissimus dominus noster voluit habere.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 108: in margine sinistro: Kyoviensis.

534

Provisio ecclesiae Caminensi de persona Marini. (Cfr. N. 575)

[*Romae, die 16 novembris, [1476].*]

Die lune XVI nouembris, idem sanctissimus dominus noster, dominus Sextus, in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem reuerendissimi domini Mediolanensis, prouidit ecclesie Caminensi, de persona reuerendi patris domini Marini Sedis apostolice prothonotarii, vacanti per obitum domini... ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 114': in margine sinistro: Caminensis.

535

Provisio ecclesiae Poznaniensi de persona Urielis. (Cfr. N. 576)

[*Romae, die 26 maii, [1479].*]

Die mercurii XXVI-a maii, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Posnaniensi in Pollonia, de persona reuerendi patris domini Wrielis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 117': in margine sinistro: Posnaniensis.

536

Provisio ecclesiae Premisliensi de persona Andreae. (Cfr. N. 577)

[*Romae, die 1 octobris, [1479].*]

Die veneris prima mensis octobris, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, absolvit reuerendum patrem dominum Andream electum Varmensem ab vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Prismiliensem cuius idem dominus Andreas administrator fuerat.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 119': in margine sinistro: Primisliensis.

537

Provisio ecclesiae Chelmensi de persona Joannis. (Cfr. N. 578)

[*Romae, die 6 martii, 1480.*]

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, prouidit ecclesie Chelmensi in Polonia, de persona reuerendi patris domini Johannis prepositi dicte ecclesie vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 123: in margine sinistro: Chelmensis.

Provisio ecclesiae Pomezaniensi de persona Joannis Christiani. (Cfr. N. 579)
 [Rome, die 14 aprilis, 1480].

Eadem die et consistorio, sanctissimus dominus noster ad relationem domini vicecancellarii prouidit ecclesie Pomesmaniensi de persona reuerendi patris domini Johannis Cristiani canonici dicte ecclesie, per obitum domini Vincencii extra Romanam Curiam defuncti, cum remissione annate.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 123': in margine sinistro: Pomesnaniensis.

Provisio monasterio Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses de persona Joannis. (Cfr. N. 580)
 [Rome,] die 24 aprilis, [1480].

Die lune XXIIII aprilis, sanctissimus dominus noster, ad relationem reue-rendissimi domini Agriensis, prouidit monasterio Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses, de persona reuerendi patris domini Johannis, vacanti per obitum ultimi abbatis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 124: in margine sinistro: Vincentii Vratislauiensis diocesis.

Provisio ecclesiae Leopoliensi de persona Joannis (Dlugossii). (Cfr. N. 581)
 [Rome,] die 2 iunii, [1480].

Die veneris II junii, sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, prouidit ecclesie Leopolien-si, de persona reuerendi patris domini Johannis..., vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 124': in margine sinistro: Leopoliensis.

Provisio ecclesiae Plocensi de persona Petri. (Cfr. N. 582)
 [Rome,] die 15 decembris, [1480].

Die veneris XV decembris, ad relationem reuerendissimi domini Nouariensis, sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Plocensi in Polonia, de per-sona venerabilis patris domini Petri..., vacanti per obitum ultimi episcopi ex-tra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 127': in margine sinistro: Plocensis in Polonia.

Provisio ecclesiae Culmensi de persona Stephani. (Cfr. N. 583)
 [Rome,] die 19 ianuarii, [1481].

Die veneris XVIII-a mensis januarii 1481, sanctissimus dominus noster ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Melfetani prouidit ecclesie Colmen-si in Polonia, de persona reuerendi patris domini..., vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 128: in margine sinistro: Colmensis.

Provisio ecclesiae Wilnensi de persona Andreeae. (Cfr. N. 584)

[*Romae,*] die 27 *augusti*, [1481].

Die lune XXVII *augusti*, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Wilnensi, de persona reuerendi patris domini Andree... preficiendo eum in episcopum et pastorem, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 130': in margine sinistro: Wilnensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Jacobi translati de Wladislaviensi. (Cfr. N. 585)

[*Viterbii,*] die 12 *octobris*, [1481].

Die XII octobris, idem sanctissimus dominus noster, Viterbii in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, absolut reuerendum dominum Jacobum episcopum Vlatislauensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Gneznensem vacantem per obitum domini Sbignei, ipsius ecclesie ultimi archiepiscopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 131: in margine sinistro: Gneznensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Andreeae translati de Premisiensi. (Cfr. N. 586)

[*Viterbii,*] die 12 *octobris*, [1481].

Die XII octobris, idem sanctissimus dominus noster, in suo consistorio secreto Viterbii, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis absolut reuerendum dominum Andream episcopum Presmiliensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Vlatislauensem vacantem per translationem domini Jacobi tunc episcopi ad ecclesiam Gneznensem supra proxime.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 131': in margine sinistro: Vratislaviensis.

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Joannis. (Cfr. N. 587)

Romae, die 4 martii, 1482.

Die lune IIII marci anno et pontificatus quibus supra^{a)}, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Sancti Clementis, absolut reuerendum patrem dominum Johannem episcopum Lauentinum a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Wratislauensem vacantem per obitum domini Rodulfi ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 133: in margine sinistro: Wratislauiensis.

a) anno a Natiuitate Domini MCCCCLXXXII, tempore eiusdem sanctissimi domini nostri, domini Sixti pape IIII-ti anno undecimo,

Provisio ecclesiae Caminensi de persona Angeli translati de Suessionensi. (Cfr. N. 588)

[*Romae, die 24 iulii, 1482.*]

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem domini Sancti Petri ad Vincula, absolut reuerendum patrem dominum Angelum episcopum Suessianensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transstulit ad ecclesiam Caminensem in Polonia, vacantem per obitum domini Marini ultimi episcopi in Romana Curia defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 136: *in margine sinistro:* Caminensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Petri translati de Premisliensi. (Cfr. N. 589)

[*Romae,] die 20 octobris, [1483.*]

Die XX octobris, ad relationem reuerendissimi domini Neapolitani, idem sanctissimus dominus absolut reuerendum patrem dominum Petrum electum Presmiliensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur, et eum transstulit ad ecclesiam Wladislauensem vacantem per obitum bone memorie domini Andree ultimi Wladislauensis episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 143: *in margine sinistro:* Wladislauensis.

Provisio ecclesiae Luceoriensi de persona Stanislai. (Cfr. N. 590)

[*Romae,] die 9 novembris, [1483.*]

Die VIIII-a nouembris, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Agriensis, prouidit ecclesie Luceoriensi, de persona reuerendi patris domini Stanslai canonici Urtnatensis^{a)} de nobili genere procreati, vacanti per obitum Martini ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 144: *in margine sinistro:* Luceoriensis.

a) sic in ms.

Provisio ecclesiae Lubucensi de persona Liborii. (Cfr. N. 591)

[*Romae, die 26 ianuarii, 1484.*]

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Senensis, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Lubucensi, de persona venerabilis patris domini Libonii canonici eiusdem ecclesie, vacanti per obitum domini Frederici ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 145: *in margine sinistro:* Lubucensis.

Provisio ecclesiae Camenecensi de persona Matthiae. (Cfr. N. 592)

[*Romae,] die 19 martii, [1484.*]

Die XVIII marci, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Agriensis, prouidit ecclesie Camenecensi, de persona reuerendi patris domini Mathei de Starlanza Leopoliensis, de nobili gente procreati, vacanti per obitum domini Nicolai ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 146: *in margine sinistro:* Camenecensis.

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Joannis translati de Chelmensi. (Cfr. N. 593)
 [Romae,] die 10 maii, [1484].

Die lune X-ma maii, ad relationem reuerendissimi domini Vicecancellarii, idem sanctissimus dominus noster absoluuit reuerendum dominum patrem Jo-hannem, nuper Chelmensem, a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Presmiliensem ex nouo vacantem, quia alias sanctitas sua reuerendum patrem dominum Petrum tunc Presmiliensem absoluendo, eum transtulit ad ecclesiam Wladislauensem dicto modo vacantem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 82 f. 146': in margine sinistro: Presmiliensis.

LIII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83.*

Pauli II, Sixti IV, Innocentii VIII provisiones,
ab anno 1466 ad annum 1488 (a die 3 ianuarii ad diem 21 novembris),

ff. 1-171 olim ff. I-CXLVI,

ff. 1-47 Pauli II,

ff. 47'-119 Sixti IV,

ff. 119-144 Innocentii VIII.

f. 28 olim f. I: «Liber prouisionum omnium ecclesiarum et monasteriorum factarum per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Paulum, diuina prouidentia, papam secundum, ab anno a Natiuitate Domini nostri Ihesu Christi M^oCCCC^oLXVI^o, pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri anno secundo, a prima die januarii eiusdem anni et pontificatus, in qua fuit electus in consistorio secreto unanimiter reuerendissimus in Christo pater dominus Berardus tituli Sancte Sabine sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, Spoletanus vulgariter nuncupatus, in Camerarium sacri Collegii reuerendissimorum in Christo patrum et dominorum, dominorum eiusdem sancte Romane Ecclesie cardinalium, prout sequitur.»

f. 47': «Sequuntur prouisiones facte per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Sextum, diuina prouidentia, papam quartum, inceppe die XXX augusti, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oLXXI^o, tempore Camerarius reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Philippi, episcopi Portuensis cardinalis Bononiensis nuncupati...»

f. 119: «Sequuntur prouisiones facte tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, diuina prouidentia, pape VIII, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oXXXIIII^o...».

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 32.

Provisio ecclesiae Pomezaniensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 512)

[Romae,] die 18 iulii, 1466.

Die XVIII julii, anno a Natiuitate Domini M^oCCCC^oLXVI^o, pontificatus sanctissimi domini nostri Pauli pape II anno secundo, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Niceni, prouidit ecclesie Pomesaniensi in Prucia, vacanti per obitum ultimi episcopi, de persona domini Nicolai decani Sambiensis ordinis Prutenorum professi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 30': in margine sinistro: Pomesaniensis.

Provisio ecclesiae Culmensi de persona Vincentii. (Cfr. N. 513)

[*Romae, l die 1 aprilis, [1467].*

Die prima aprilis etc., idem sanctissimus dominus noster in consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Bartholomei episcopi non consecrati, prouidit ecclesie Culmensi de persona domini Vincentii.

Arch. Vat. Obl. Sol. 83 f. 33: in margine sinistro: Culmensis.

Vincentio ecclesia Pomezaniensis in commendam conceditur. (Cfr. N. 514)

[*Romae, die 1 aprilis, 1467].*

Eadem die etc., et ad relationem eiusdem, commendauit prefato domino Vincencio ecclesiam Pomezaniensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 33: in margine sinistro: Pomesaniensis.

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Rudolphi. (Cfr. N. 515)

[*Romae, die 27 aprilis, 1468].*

Eadem die et consistorio, absoluit reuerendum patrem dominum Radulfum episcopum Lauentinum ab ecclesia sua et transtulit eum ad ecclesiam Wrataliaensem, preficiendo eum in pastorem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 36': in margine sinistro: Vrataliaensis.

Provisio ecclesiae Wilnensi de persona Joannis translati de Luceoriensi. (Cfr. N. 516)

[*Romae, l die 4 maii, 1468.*

Die IIII maii M^oCCCC^oLXVIII^o, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis de Ursinis, absoluit reuerendum patrem dominum Johannem episcopum Luceoriensem et transtulit eum ad ecclesiam Vilnensem vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 37: in margine sinistro: Vilnensis.

Provisio ecclesiae Luceoriensi de persona Martini. (Cfr. N. 517)

[*Romae, l die 4 iulii, [1468].*

Die lune IIII-a julii, in consistorio secreto, sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Luczonensi, de persona domini Martini, vacanti per translationem reuerendi patris domini Johannis ultimi ipsius ecclesie episcopi translati ad ecclesiam Vilnensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 37': in margine sinistro: Luczonensis.

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Nicolai Tuengen. (Cfr. N. 518)

[*Romae, l die 4 novembris, [1468].*

Die IIII-a nouembris, in consistorio secreto etc., promovuit dominum Nicolaum Tongen scriptorem apostolicum in episcopum Warmiensem, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 38: in margine sinistro: Warmiensis.

560

Provisio monasterio Sanctorum Vincentii et Eustachii extra muros Wratislavien-ses de persona Joannis de Losem. (Cfr. N. 519)

[*Romae, die 24 martii, 1469.*]

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem domini Senensis, providit monasterio Sanctorum Vincencii et Eustachii extra muros Wratislauienses ordinis Premonstratensis, de persona venerabilis viri domini Johannis de Leson ipsius monasterii professi, vacanti per obitum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 40: in margine sinistro: Vincencii et Eustachii extra muros Wratislauenses.

561

Provisio ecclesiae Camenecensi de persona Nicolai. (Cfr. N. 520)

[*Romae, die 5 iunii, [1469].*]

Die V-a junii, idem sanctissimus dominus noster in consistorio etc., ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Camenentensi in Polonia, de persona domini Nicolai canonici Presimiliensis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 40: in margine sinistro: Camonetensis.

562

Provisio ecclesiae titulari Aenensi de persona Vincentii. (Cfr. N. 521)

[*Romae, die 13 octobris, 1469.*]

Eadem die et consistorio etc., idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Sancti Petri ad Vincula, prouidit ecclesie titulari Enensi, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, de persona religiosi viri domini Vincencii ordinis Predicatorum, baccalaria in sacra theologia, concedendo sibi quod in ciuitate et diocesi Poznaniensi, et non alibi, possit exercere pontificalia, reseruata sibi pensione super fructibus etc. ipsius Poznaniensis CC floren. de consensu ipsius episcopi et capituli.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 42: in margine sinistro: Enensis, titularis.

563

Provisio ecclesiae Sambiensi de persona Theodorici. (Cfr. N. 522)

[*Romae, die 30 aprilis, 1470.*]

Eadem die et consistorio, promouit reuerendum patrem dominum...^{a)} militem et commendatarium Beate Marie de Prucia, ad ecclesiam Sambinensem, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 43': in margine sinistro: Sambinensis.

a) Theodoricum.

564

Provisio ecclesiae Mednicensi de persona Bartholomaei. (Cfr. N. 523)

[*Romae, die 13 februarii, 1471,*]

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Papiensis, prouidit ecclesie Metdinensi in Polonia, de persona domini Bartholomei decani Villorensis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 46: in margine sinistro: Metdinensis.

Provisio ecclesiae Cracoviensi de persona Joannis Rzeszowski. (Cfr. N. 524)
 [Romae,] die 13 novembris, [1471].

Die mercurii XIII-a nouembris, sanctissimus dominus noster ad relationem reuerendissimi domini Niceni, prouidit ecclesie Cracouiensi, de persona reuerendi patris domini Jo(hannis) de Restau, vacant per obitum ultimi episcopi preficiendo eum in episcopum et pastorem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 49: in margine sinistro: Cracouiensis.

Provisio ecclesiae Plocensi de persona Casimiri cui in administrationem traditur.
 (Cfr. N. 525) [Romae,] die 16 decembris, [1471].

Die lune XVI-a decembris, sanctissimus dominus noster, in consistorio secreto, dedit in administrationem ecclesiam Plocensem domino Kasimiro donech XXVII attingerit et deinde prouidit sibi in titulum, reseruata pensione CC ducentorum domino Nicolao Tongnez^{a)} promoto seu translato ad ecclesiam Caminensem.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 49: in margine sinistro: Plocensis.

a) Tuengen.

Provisio ecclesiae Warmiensi de persona Andree de Oporow et Caminensi de persona Nicolai Tuengen. (Cfr. N. 526) [Romae, die 16 decembris, 1471].

Eadem die dominus Nicolaus Tongnez fuit translatus de ecclesia Warmiensi ad ecclesiam Caminensem vacantem etc., et ecclesie Warmiensi sic vacanti per hulusmodi promotionem seu translationem prouidit de persona domini Andree de Oporow.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 49: in margine sinistro: Warmiensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Jacobi translati de Wladislaviensi. (Cfr. N. 527) [Romae,] die 17 decembris, [1473].

Die XVII-a decembris, idem sanctissimus dominus noster ad relationem domini Sancti Petri ad Vincula, absolut dominum Jacobum episcopum Bladislauensem et eum transtulit ad ecclesiam Gnesinensem vacantem per obitum domini Johannis archiepiscopi ipsius ecclesie Gnesinensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 58: in margine sinistro: Gnesinensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Sbignei. (Cfr. N. 528)
 [Romae,] die 17 decembris, [1473].

Eadem die XVII-a decembris et consistorio, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Vlatalauensi, de persona venerabilis viri domini Sbegei canonici et scolasticis ecclesie Cracouiensis, vacanti per translationem domini Jacobi olim ipsius ecclesie episcopi ad ecclesiam Gnesinensem ut supra.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 58: in margine sinistro: Vlatalauensis.

Provisio ecclesiae Sambiensi de persona Joannis. (Cfr. N. 529)

[*Romae, l die 23 decembris, [1474].*

Die XXIII decembris, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Mantuani, idem sanctissimus dominus noster prouidit de ecclesia Sambiensi, de persona domini Johannis procuratoris generalis ordinis Theutonicorum Jhierosolimitani, vacanti per obitum domini Theodorici extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 62: in margine sinistro: Sambiensis.

Provisio ecclesiae Moldaviensi de persona Petri. (Cfr. N. 530)

[*Romae, l die 29 martii, [1476].*

Die veneris XXVIII marci, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Meldouiensi in Amonea seu Bulgaria, de persona venerabilis patris domini... vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, que non reperietur in taxa et vacauit per IIII-or annos.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 68': in margine sinistro: Meldouiensis.

Provisio ecclesiae titulari Margaritensi de persona Jacobi. (Cfr. N. 531)

[*Romae, die 24 maii, [1476].*

Die veneris XXIIII maii, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, apud Sanctam Mariam Maorem de Urbe, ad relationem reuerendissimi domini Spoletani, prouidit ecclesie titulari Margaritensi de persona venerabilis patris domini Ja(cobi) professi ordinis Fratrum Minorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 69: in margine sinistro: Margaricensis.

Provisio ecclesiae Premisliensi de persona Andreea episcopi Warmiensis cui in administrationem traditur. (Cfr. N. 532)

[*Romae, die 5 octobris, 1476]*

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Mantuani idem sanctissimus dominus noster concessit in administrationem ecclesiam Premisliensem reuerendo patri domino Andree episcopo Wermensi, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 71': in margine sinistro: Presmiliensis.

Provisio ecclesiae Kiovieni de persona Joannis. (Cfr. N. 533)

[*Romae, die 29 octobris, 1477.*

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Kyoviensi in Liuonia^{a)}, de persona venerabilis patris domini Johannis presentis in Curia Romana, vacanti tertio anno, quatenus idem sanctissimus dominus noster pro expresso haberet voluit.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 77: in margine sinistro: Kyoviensis.

a) sic in ms. recte: Lithuania.

Provisio ecclesiae Caminensi de persona Marini. (Cfr. N. 534)

[*Romae,*] die 16 novembris, [1478].

Die lune XVI-a mensis nouembris, sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Mediolanensis, prouidit ecclesie Caminensi, de persona reuerendi patris domini Marini de Cierreto sancte Romane Ecclesie prothonotarii, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 85: in margine sinistro: Caminensis.

Provisio ecclesiae Poznaniensi de persona Urielis. (Cfr. N. 535)

[*Romae,*] die 26 maii, [1479].

Die mercurii XXVI-a maii, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Postnaniensi in Pollonia, de persona reuerendi patris domini Wrielis, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 87': in margine sinistro: Posnaniensis.

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Andreae. (Cfr. N. 536)

[*Romae,*] die 1 octobris, [1479].

Die veneris prima mensis octobris, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, absolut reuerendum patrem dominum Andream electum Varmensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Prismiliensem cuius idem dominus Andreas administrator fuerat.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 90: in margine sinistro: Prismiliensis.

Provisio ecclesiae Chelemensi de persona Joannis. (Cfr. N. 537)

[*Romae,* die 6 martii, 1480].

Eadem die et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, prouidit ecclesie Chelemensi in Polonia, de persona reuerendi patris domini Johannis prepositi dicte ecclesie, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 93: in margine sinistro: Chelemensis.

Provisio ecclesiae Pomezaniensi de persona Tristani. (Cfr. N. 538)

[*Romae,* die 14 aprilis, 1480].

Eadem die et consistorio, sanctissimus dominus noster, ad relationem reue-rendissimi domini Vicecancelarii, prouidit ecclesie Pomesnaniensi de persona reuerendi patris domini Tristani canonici dicte ecclesie, vacanti per obitum domini Vincencii extra Romanam Curam defuncti, tamen registrata ut annata etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 93': in margine sinistro: Pomesnaniensis.

Provisio monasterio Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses de persona Joannis. (Cfr. N. 539) [Romae], die 24 aprilis, [1480].

Die lune XXIII aprilis, sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Agriensis, prouidit monasterio Sancti Vincencii extra muros Wratislauenses, de persona reuerendi patris domini Johannis, vacanti per obitum ultimi abbatis extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 94: in margine sinistro: Vincencii diocesis Vratislauiensis.

Provisio ecclesiae Leopoliensi de persona Joannis (Dlugossii). (Cfr. N. 540) [Romae], die 2 iunii, [1480].

Die veneris secunda junii, sanctissimus dominus noster in suo consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marc, prouidit ecclesie Leopoliensi, de persona reuerendi patris domini Johannis..., vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 94: in margine sinistro: Leopoliensis.

Provisio ecclesiae Plocensi de persona Petri. (Cfr. N. 541)

[Romae], die 15 decembris, [1480].

Die veneris XV decembris, ad relationem reuerendissimi domini Nouariensis, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Plocensi in Polonia, de persona venerabilis patris domini Petri..., vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 97: in margine sinistro: Plocensis in Polonia.

Provisio ecclesiae Culmensi de persona Stephani. (Cfr. N. 542)

[Romae], die 19 ianuarii, 1481

Die veneris XVIII-a mensis januarii 1481, sanctissimus dominus noster ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Melfetani prouidit ecclesie Colmensi in Polonia de persona reuerendi patris domini, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 98: in margine sinistro: Colmensis.

Provisio ecclesiae Wilnensi de persona Andree. (Cfr. N. 543)

[Romae], die 27 augusti, [1481].

Die lune XXVII augusti, idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, prouidit ecclesie Wilnensi, de persona reuerendi patris domini Andree... preficiendo eum in episcopum et pastorem, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 100: in margine sinistro: Wilnensis.

Provisio ecclesiae Gneznensi de persona Jacobi translati de Wladislaviensi. (Cfr. N. 544)
Viterbi, die 12 octobris, [1481].

Die XII octobris Viterbi, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Rothiomagensis, absoluti reuerendum patrem dominum Jacobum episcopum Vlatislauensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Gneznensem vacantem per obitum domini Sbignei, ipsius ecclesie ultimi archiepiscopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 101: in margine sinistro: Gneznensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Andreae translati de Premisiensi. (Cfr. N. 545)
Viterbi, [die 12 octobris, 1481].

Eadem die et consistorio Viterbi, ad relationem reuerendissimi domini Rothomagensis, idem sanctissimus dominus noster absoluti reuerendum patrem dominum Andream episcopum Presmiliensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Vlatislauensem vacantem per translationem domini Jacobi^{a)} tunc episcopi Vlatislauensi ad ecclesiam Gneznensem ut supra.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 101: in margine sinistro: Vlatislauensis.

a) Sbigne?

Provisio ecclesiae Wratislaviensi de persona Joannis. (Cfr. N. 546)
[Romae], die 4 martii, [1482].

Eadem die IIII-a mensis marci et consistorio, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Clementis, absoluti reuerendum patrem dominum Johannem episcopum Lauentinum a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclesiam Wratislauensem vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, preficiendo eum in episcopum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 103: in margine sinistro: Wratislauensis, in Hungaria.

Provisio ecclesiae Caminensi de persona Angeli translati de Suessionensi. (Cfr. N. 547)
[Romae], die 24 iulii, [1482].

Die XXIIII mensis juli, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Petri ad Vincula, absoluti reuerendum patrem dominum Angelum episcopum Suessianensem a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum transtulit ad ecclsesiam Caminensem in Polonia, vacantem per obitum Marini ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 107: in margine sinistro: Caminensis.

Provisio ecclesiae Wladislaviensi de persona Petri translati de Premisiensi. (Cfr. N. 548)
[Romae], die 20 octobris, [1483].

Die XX octobris, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem domini Neapolitani, absoluti reuerendum dominum patrem Petrum electum Portugale-

sem^{a)} a vinculo etc., et eum transtulit ad ecclesiam Wladislauensem, vacantem per obitum domini Andree ultimi Wladislauensis episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 113': in margine sinistro: Wladislauensis.

a) Premisiensem?

590

Provisio ecclesiae Luceoriensi de persona Stanislai. (Cfr. N. 549)

[*Romae*, die 9 novembris, [1483].

Die VIII-a nouembris, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem domini Agriensis, prouidit ecclesie Luceoriensi, de persona reuerendi patris domini Stanslai canonici Urtinatensis^{a)} de nobili genere procreati, vacanti per obitum domini Martini ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 114': in margine sinistro: Luceoriensis.

a) sic in ms.

591

Provisio ecclesiae Lubucensi de persona Liborii. (Cfr. N. 550)

[*Romae*, die 26 ianuarii, 1484].

Eadem die et consistorio, ad relationem reuerendissimi domini Senensis, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Lubucensi, de persona domini Liborii canonici eiusdem ecclesie, vacanti per obitum domini Frederici ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 115': in margine sinistro: Lubucensis.

592

Provisio ecclesiae Camenecensi de persona Mattheiae. (Cfr. N. 551)

[*Romae*, die 19 martii, [1484].

Die XVIII marci, idem sanctissimus dominus noster, ad relationem reue- rendissimi domini Agriensis, prouidit ecclesie Camenecensi, de persona reuerendi patris domini Mathei de Starlanza Leopoliensis de nobili genere procreati, va- canti per obitum domini Nicolai ultimi episcopi extra Romanam Curiam de- functi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 116': in margine sinistro: Camenecensis.

593

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Joannis translati de Chelmensi. (Cfr. N. 552)

[*Romae*, die 10 maii, [1484].

Die lune X-a maii, ad relationem reuerendissimi domini Vicecancellarii, idem sanctissimus dominus noster absoluit reuerendum patrem dominum Jo- hannem, nuper Chelmensem, a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur et eum trans- tulit ad ecclesiam Presmiliensem ex eo vacantem, quia alias sanctitas sua reue- rendum patrem dominum Petrum tunc Presmiliensem absoluens eum transtulit ad ecclesiam Wladislauensem certo modo vacantem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 117: in margine sinistro: Presmiliensis.

Provisio ecclesiae titulari Cirenensi de persona Joannis de Boersel.

[*Romae*], die 27 iunii, [1485].

Die XXVII junii, ad relationem reuerendissimi domini Sancti Marci, idem sanctissimus dominus noster prouidit ecclesie Cirenensi titulari, de persona venerabilis viri domini Johannis de Boersel ordinis Fratrum Minorum, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 124: in margine sinistro: Cyrenensis, titularis.

Provisio ecclesiae Caminensi.

[*Romae*], die 7 septembbris, [1485].

Die mercurii VII septembbris, idem sanctissimus dominus noster admisit resignationem quam fecit dominus Angelus episcopus Suessionensis et Caminensis et quia Caminensis non habuerat possessionem et de illa sic vacante prouidit venerabili viro domino... reseruata eidem resignanti annua pensione centum floren. auri de Camera, super fructus dicte ecclesie etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 126: in margine sinistro: Caminensis.

Provisio ecclesiae Premisiensi de persona Joannis.

[*Romae*], die 26 maii, [1486].

Die XXVI maii, ad relationem reuerendissimi domini Vicecancellarii, prouidit ecclesie Presmiliensi de persona venerabilis patris domini Johannis... canonici eiusdem ecclesie, vacanti per obitum bone memorie domini Johannis ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti etc., preficiendo eum in episcopum et pastorem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 129: in margine sinistro: Presmiliensis.

Provisio ecclesiae Kiovieni de persona Michaelis.

[*Romae*], die 22 [iunii, 1487].

Die ueneris XXII, ad relationem reuerendissimi domini Camerarii, sanctissimus dominus noster promouit ad ecclesiam Kyoviensem vacantem per obitum quondam... ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti, reuerendum Michaelem fratrem ordinis Minorum professum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 137': in margine sinistro: Kyoviensis.

Provisio ecclesiae Lubucensi de persona Ludovici de Burgsdorf.

[*Romae*], die 3 augusti, [1487].

Die ueneris III augusti, ad reuerendissimi domini cardinalis de Sabellis relationem, sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, promouit ad ecclesiam Lubucensem reuerendum patrem dominum Ludouicum Borgstorff, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 138': in margine sinistro: Lubucensis.

Provisio ecclesiae Cracoviensi de persona Frederici (Jagiellonici).

[*Romae*], die 2 maii, [1488].

Die lune II maii, sanctissimus dominus noster proprio motu in suo consistorio secreto prouidit de persona reuerendi patris domini Frederici electi ecclesie Cracouiensis vacantis per obitum domini...^{a)} ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 142: in margine sinistro: Cracouiensis.

a) Johannis Rzeszowski (Gams 350).

Provisio ecclesiae Moldaviensi de persona Simonis.

[*Romael*, die 14 novembris, [1488].

Die XIIIII nouembris videlicet ueneris, sanctissimus dominus noster, ad relationem reuerendissimi domini cardinalis Andegauensis, in consistorio secreto prouidit ecclesie Moldauiensi, de persona reuerendi patris domini Symonis Dobriolani, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam...

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 83 f. 144': in margine sinistro: Moldauensis.

LIV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84.*

Pauli II et Sixti IV obligationes,
ab anno 1466 ad annum 1476 (*a die 17 septembris ad diem 27 novembris*),
ff. 1-286 olim ff. I-CCLVIII.

ff. 1-144 *Pauli II,*
ff. 115-286 *Sixti IV.*

f. 30 olim f. I: «*Obligationes sacri Collegii reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium incepit per me Nicolaum de Bonaparte eiusdem Collegii clericum die... mensis septembris, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia, pape secundi anno tertio.*»
f. 144': «*Sequuntur obligationes facte de tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti, diuina prouidentia, pape IIII anno primo.*»
Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 32-33.

Vincentius electus Culmensis et commendatarius Pomezaniensis per Andream Rosa et Bartholomaum Kielbasa procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio ecclesiae Culmensis florenos auri 700 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romael*, die 10 aprilis, [1467].

Die X-a mensis aprilis, venerabiles viri Andrea Rosa prepositus Lanerensis sanctissimi domini nostri pape cubicularius et Bartholomeus Kelbassa frater carnalis reuerendi patris domini Vincencii electi Culmensis et commendatarii ecclesie Pomezaniensis, ut principales et priuate persone, ac uice et nomine ip-

sius domini Vincencii electi et commendatarii, obtulerunt Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prefctionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte, per bullas domini Pauli, sub data Rome apud Sanctum Marcum, Kal. aprilis, anno tercio, florenos auri de Camera septingentos, ad quos ipsa ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 41': in fine: Johannes Fortini, eiusdem Camere, notarius in margine dextro: Cardinales..., in margine sinistro: Culmensis, Pomesaniensis, soluit florenos LXVII pro parte communis et minuti residuum sibi remissum propter guerras.

602

Vincentius electus Culmensis et commendatarius Pomezaniensis per Andream Rosa et Bartholomeum Kielbasa procuratores suos obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio ecclesiae Pomezaniensis florenos auri 1100 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae, die 10] aprilis, [1467]

Die dicta mensis aprilis, venerabiles viri domini Andreas Rosa prepositus Lautrensis et Bartholomeus Kelbassa canonicus Pomesaniensis, ut principales et priuate persone, ac vice et nomine domini Vincencii electi Culmensis et commendatarii ecclesie Pomesaniensis, obtulerunt Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio, ratione commende de dicta ecclesia sibi auctoritate apostolica facte, per bullam domini Pauli, sub data Rome apud Sanctum Marcum, Kal. aprilis, anno tercio, pro communi seruitio dicte ecclesie florenos auri de Camera mille et centum, ad quos ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 42: in fine: Johannes Fortini eiusdem Camere notarius, in margine dextro: Cardinales..., in margine sinistro: Pomesaniensis, soluit pro istis duabus ecclesiis unitis florenos C, in totum residuum est sibi remissum. De illis C habuit partem suam Collegium LXVII.

603

Rudolphus episcopus Wratislaviensis per Fabianum Hancko procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 4000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 9 maii, [1468].

Die nona mensis maii, venerabilis vir dominus Fabianus Hancko canonicus ecclesie Wratislaviensis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi in Christo patris et domini domini Rudolphi episcopi Lauentini ad ecclesiam Wratislauensem translati, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum cardinalium pro communi seruicio dicte Wratislauensis ecclesie, ratione prefctionis de persona sua eidem ecclesie Wratislauensi facte per bullas sanctissimi domini Pauli pape II, sub data Rome apud Sanctum Marcum, quinto Kal. maii, anno quarto, florenos auri de Camera quatuor milia, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 66': in fine: Matheo Sass notarius, in margine dextro: Cardinales XV, in margine sinistro: Wratislauensis. Die XV maii communie domini nostri pape fuit remissum, ratione prouisionis huiusmodi debiti domino Rudolpho episcopo Wratislauensi per ipsum dominum nostrum papam, referente reuerendo patre domino A(ngelo) episcopo Feltrensi, et pro parte minutorum IIII or, soluit CCCC ducatos de Camera. Ciriacus notarius.

Joannes episcopus Luceoriensis translatus ad ecclesiam Vilnensem per Thomam procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 50 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*] die 13 maii, [1468].

Die XIII-a dicti mensis maii, venerabilis vir dominus Thomas actu presbyter plebanus in Pezemiken Luceoriensis diocesis, ut principalis et privata persona, ac ut procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Johannis nuper episcopi Luceoriensis translati ad ecclesiam Wilnensem, prout de sui procura-tionis mandato constat publico instrumento manu Johannis Jacobi de Nouaciuite Poznaniensis diocesis, in Camera apostolica dimisso, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio pro communali seruicio dicte ecclesie Wilnensis ratione translationis de persona sua ad dictam ecclesiam Wilnensem auctoritate apostolica facte, per bullam domini Pauli, sub data Rome apud Sanctum Marcum, quarto Nonas maii, anno quarto, florenos auri de Camera quinquaginta, ad quos ipsa ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 67': in fine: Johannes Fortini notarius, in margine dextro: Cardinales XV, in margine sinistro: Wilnensis. Die XIII maii soluit, patet ad introitum folio 22, soluit.

Martinus electus Luceoriensis per Paulum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 21 iulii, [1468].

Dicta die XXI-a julii, venerabilis vir dominus Paulus plebanus in Borszina Plocensis diocesis, ut procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Martini electi Luceoriensis ac ut principalis et priuata persona, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio ratione prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte, per bullam domini Pauli, sub data pridie Non. julii anno quarto, florenos auri de Camera tringinta tres cum uno tertio, ad quos dicta ecclesia reperitur taxata, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 74': in fine: Johannes Fortini Camere apostolice notarius, in margine dextro: Cardinales VI, in margine sinistro: Luceoriensis, soluit.

Nicolaus electus Warmiensis personaliter obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 16 octobris, [1468].

Die XVI-a mensis ottobris, reuerendus pater dominus Nicolaus electus Wuarmiensis principalis suo proprio nomine obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicte ecclesie Warmiesis, ratione prefectionis de persona sua eidem facte auctoritate apostolica per bullas domini Pauli, sub data Rome etc., pridie Non. nouembbris, pontificatus et officii anno quinto, florenos auri de Camera quadrigentos, ad quos ipsa ecclesia taxata reperitur in Camera apostolica, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Nota, quod pro suprascripte ecclesie bulle, date sunt societati de Pazzis ex commissione reuerendi A(ngeli) Feltrensis et consensu domini Gabrielis Rouira.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 81: in fine: Gaspar Blondo dicte Camere notarius, in margine dextro: Cardinales XVII, in margine sinistro: Warmiensis soluit, a postilla.

Joannes abbas monasterii Sanctorum Vincentii et Eustachii extra muros Wratislavenses per procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 83 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 2 septembbris, [1469].

Die II-a mensis septembbris, venerabilis vir dominus Nicolaus Glebawtz canonicus Wratislaviensis, ut principalis et priuata persona, vice et nomine reuerendi patris domini Johannis abbatis monasterii Sanctorum Vincencii et Eustachii extra muros Wratislavienses ordinis Premonstratensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicti monasterii, ratione prouisionis de persona sua eidem monasterio per bullas domini Pauli, sub data Rome etc., decimo Kal. aprilis, anno quarto, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera octuaginta tres et unum tercium, ad quos ipsum monasterium taxatum reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 103: in fine: Matheo Sass notarius, in margine dextro: Cardinales XVIII, in margine sinistro: Vincencii et Eustachii extra muros Wratislavienses, ordinis Premonstratensis. Soluit.

Vincentius electus episcopus titularis ecclesiae Aenensis per S. Mlini procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio dictae ecclesiae « balistam consuetam ».

[*Romae*], die 7 februarii, [1470].

Die VII-a februarii, venerabilis vir dominus S. Mlini scriptor apostolicus, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Vincencii electi episcopi Enensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dictae ecclesiae titularis ratione prefeccions de eiusdem domini Vincencii persona dictae ecclesie facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome etc., Idus octobris, anno sexto, balistam consuetam seu tres tasseas argenteas iuxta mandatum et ordinationem sanctissimi domini nostri pape etc., eas autem statim exhibere aut eorum valorem soluere promisit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 109: in fine: G(aspare) Blondo notarius, in margine sinistro: Enensis titularis.

Nicolaus electus Camenecensis per Derslaum Michaelis procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 19 martii, [1470].

Die XIX-a mensis marci, venerabilis vir dominus Derslaus Michaelis scolasticus ecclesie Polocensis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Nicolai electi Camenecensis in Polonia, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dictae ecclesie, ratione prefeccions de persona dicti domini Nicolai eidem facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome etc., florenos auri triginta tres et unum tercium, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servicia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 112: in fine: Gaspare Blondo notarius, in margine dextro: Cardinales... in margine sinistro: Camenecensis, in Polonia, soluit.

Theodoricus electus Sambiensis per Melchiorem Truchser procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 800 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 5 maii, [1470].

Die quinta mensis maii, venerabilis vir dominus Melchior Truchser clericus Heribolensis diocesis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Theodorici electi Sambiensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prefectionis de persona dicti domini electi eidem ecclesie facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome, pridie Kal. maii, anno sexto, florenos auri de Camera octingentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 115: in fine: Gaspar Blondus notarius, in margine dextro: Cardinales XV, in margine sinistro: Sambiensis, soluit.

Bartholomeus electus Mednicensis per Joannem Nicolai procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 15 maii, [1471].

Die XV-a maii, venerabilis vir dominus Johannes Nicolay canonicus Mednicensis ecclesie, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris Bartholomei electi Mednicensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi dicte ecclesie Mednicensis, ratione prefectionis de persona dicti domini electi eidem facte per bullas sub data Rome etc., XVI^o al. marci, pontificatus etc., anno septimo, florenos auri de Camera triginta tres et unam terciam partem alterius, ad quos ecclesia in Camera apostolica taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Nota quod supradicte ecclesie bulle restitute fuerunt parti libere absque ulla solucione communis vel minutorum aut aliorum jurium Camere, quia dominus noster papa, habita vera noticia de moderna illius ecclesie paupertate, mandauit Camere dimitti, conseruentibus pariter reuerendissimis dominis cardinalibus et pariter fecerunt domini de Camera de dictis et aliis juribus.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 138: in fine: Gaspare Blondo notarius, Gaspare Blondus de mandato dominorum de Camera etc., in margine dextro: Cardinales XIIII, in margine sinistro: Mednicensis, remissum totum propter paupertatem, a postilla remissionis propter paupertatem.

Joannes Rzeszowski electus Cracoviensis per Adamum de Dambrowa procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 3000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 22 novembris, [1471].

Die XXII dicti mensis nouembris, venerabilis vir dominus Adam de Dambrowa decanus Pornariensis, et canonicus Cracoviensis, alter ex magistris oratoribus illustrissimi regis Polonie, procurator ad infra scripta legitime constitutus et ordinatus a reuerendo patre domino Johanne de Restorio electo Cracouiensi, ut legitime docuit publico instrumento acto in ecclesia cathedrali Cracouiensi die iouis, XXVIII mensis augusti proxime preteriti, et subscripto per dominum Johannem Henrici de Heschtlenia clericum Cracouiensem, publicum apostolica et imperiali auctoritate notarium, uigore dicti mandati in Camera dimissi dicto nomine optulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum

dominorum cardinalium pro communi seruitio dictae ecclesie Cracoviensis, ratione prouisionis et prefctionis de persona dicti domini electi auctoritate apostolica per bullas domini Sixti pape IIII sub data Rome, Idus nouembris, anno primo facte, florenos auri de Camera tres mille ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle dictae ecclesie cum nonnullis duplicatis pro eadem ecclesia fuerunt date societati de Pactis de Romana Curia et Johannes de Bonaparte institor dictae societatis obligauit eandem societatem et dicto nomine promisit illico soluere communia, minuta et alia jura Camere, ad que dictus electus ratione prouisionis dictae ecclesie obligatus extitit etc. Juravit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 156': in fine: Johannes Gerones notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Cracouiensis, soluit.

613

Andreas electus Warmiensis per Ludovicum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta seruitia consueta.
[Romae], die 24 decembris, [1471].

Die XXIIII mensis decembris, spectabilis vir dominus Ludouicus de Sancto Geminiano in Romana Curia causarum procurator, ut principalis et priuata persona reuerendissimi patris domini Andree electi Varmiensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dictae ecclesie sue ratione prouisionis de persona sua facte per bullas domini Sixti, sub data Rome apud Sanctum Petrum, XVII^o Kal. januarii, anno primo, florenos auri de Camera quadringentos, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem etc. Habuit Filippus de Martellis dictas bullas et soluit ex compositione florenos CCXIII cum regressu.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 159': in fine: Johannes Fortini notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Varmiensis, soluit cum regressu, restitute sunt prouisorie, iterum soluit.

614

Nicolaus episcopus Caminensis per Andream Rosa procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta seruitia consueta.
[Romae], die 23 decembris, [1471].

Die XXIII-a dicti mensis venerabilis vir dominus Andreas Rosa sanctissimi domini nostri cubicularius, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Nicolai episcopi Caminensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dictae ecclesie Caminensis, ratione prouisionis de persona sua eidem facte per bullas domini Sixti, sub data Rome apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kal. januarii, anno primo, florenos auri de Camera duo millia, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle dictae ecclesie fuerunt date societati de Medicis et dominus Phillipus pro ea promisit soluere omnia jura Camere et sacri Collegii reuerendissimorum dominorum cardinalium in continentibus cum regressu.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 159': in fine: Je(ronimus) Sca(rane)lli notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Caminensis soluit cum regressu. Restitute sunt prouisorie. Item soluit et II^o loco sunt, retentoque depositis sibi floren. CCC et loco ipsarum habet pecunias Orlesio Auentin(us).

Casimirus electus Plocensis per Nicolaum procuratorem suum obtulit Cameræ et Collegio pro suo communi servitio florenos auri et quinque minuta servitia consueta.

[*Romæ*, die 23 martii, [1472].

Die XXIII-a mensis marci, venerabilis vir dominus Nicolaus de Colosump canonicus Plocensis, procurator et eo nomine, reuerendi patris domini Kazimiri electi episcopi Plocensis, procurator et eo nomine nec non ut tamquam, principalis et priuata persona, ac vice et nomine eiusdem domini electi, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro communi seruicio dictæ ecclesie Plocensis, ratione prefctionis de persona dicti domini Kazimiri electi eidem facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome etc., XVII^o Kal januarii, pontificatus etc., anno primo, florenos auri de Camera... ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 169': in fine: Gaspar Blondus, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Plocensis ecclesia. Bulle sunt in Camera et dominus Sancti Petri in Vinculo non permittit eum habere. Soluit partem, residuum sibi remissum.

Jacobus episcopus Wladislaviensis ad Gneznensem sedem translatus per Albertum Jacobi procuratorem suum obtulit Cameræ et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romæ*, die 24 januarii, [1474].

Die XXIIII-a januarii, venerabilis vir dominus Albertus Jacobi de Nouaciuite decretorum doctor, presbyter Cracoviensis diocesis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Jacobi translati ad ecclesiam Gneznensem ex ecclesia Wladislauensi, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio, ratione translationis dictæ ecclesie Gneznensis auctoritate apostolica facte per bullas domini Sixti, sub data Rome apud Sanctum Petrum, quarto Idus decembris, anno tercio, florenos auri de Camera quinque millia, ad quos dicta ecclesia Gneznensis taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Die 28 predicta, bulle dictæ ecclesie Gneznensis date fuerunt Francisco de Naciis institori societatis de Medicis, quia obligavit et promisit soluere in continentia omnia jura supradicta. Et nichilominus date fuerunt ei sigillate cum sigillis Camere et Collegii cum regressu, quod si dicta societas infra quatuor menses reportabat ad Cameram dictas bullas, tunc omnia per eum soluta restituuntur de mandato domini Camerarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 214: in fine: Johannes Saxoferratus notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Gneznensis, soluit.

Sbigneus electus Wladislaviensis per Albertum procuratorem suum obtulit Cameræ et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romæ*, die 24 januarii, 1474].

Dicta die, prefatus dominus Albertus, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Sbignei electi Wladislauensis obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium, ratione prefctionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte

per bullas domini Sixti, sub data XVI^o Kal. januarii, anno tercio, florenos auri de Camera mille ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta consueta. Eorumdem autem etc. Die II-a januarii bulle ecclesie Wladislauiensis fuerunt date similiter ut bulle Gneznensis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 214: in margine sinistro: Wladislauiensis, soluit.

618

Joannes electus Sambiensis per Hieronymum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 800 et quinque minuta servitia consueta.

[Romael, die 30 ianuarii, [1475].

Die XXX-a januarii, venerabilis vir dominus Jerominus Jimenus sacri Collegii reuerendissimorum dominorum cardinalium clericus, vice et nomine reuerendi patris domini Johannis Kennichel electi Sambiensis, obtulit Camere apostolice ac sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio, ratione prouisionis sibi de dicta ecclesia Sambiensi auctoritate apostolica facte per bullas domini Sixti, sub data Rome apud Sanctum Petrum, X^o Kal. januarii, anno IIII^o, florenos auri de Camera octingentos ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta consueta. Eorumdem etc. Die supradicta, bulle dictae ecclesie date fuerunt Johanni de Bonaparte institori societatis de Pazis, qui nomine ipsius societatis habuit bullas sigillatas sigillis reuerendissimorum dominorum Camerariorum domini pape et Camerariorum dicti Collegii et obligauit dictam societatem de satisfaciendo de omnibus juribus Camere et Collegii infra VI menses a die presenti computandos, uel restituere bullas sigillatas, et nunc promisit soluere unum minutum, sacrum et subdiaconos, cum regressu si bullas restituet etc., ut supra.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 240: in fine: Johannes Saxoferrato notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Sambiensis, debet soluere in prima diuisione pro ecclesia quam habet. Soluit.

619

Petrus electus Moldaviensis per Stephanum Gonpillen procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri... et quinque minuta servitia consueta.

[Romael, die 6 [aprilis, 1476].

Die sexta prefati mensis, venerabilis vir dominus Stephanus Gonpillen Camere apostolice notarius, ut principalis et priuata persona ac procuratorio nomine reuerendi patris domini Petri electi Moldauyensis, obligauit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dictae ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona dicti domini Petri eidem ecclesie per bullas domini Sixti IIII, sub data Rome apud Sanctum Petrum, quarto Kal. aprilis, anno quinto, apostolica auctoritate facte, florenos auri de Camera... ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle supradictae ecclesie restitute sunt parti sine solucione aliqua de mandato prefati Antonii, quia sanctissimus dominus noster papa, habitualiter remisit dicto electo omnia jura Camere debita, attestante reuerendissimo domino cardinale Rauenatensi.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 269: in fine: L(udovicus) de Viterbo notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Moldauyensis ecclesia, remissum quia apud Turcos.

Jacobus Derslai electus Margaritensis obtulit Camereae et Collegio pro valore unius balistae florenos auri de Camera decem. [Romae], die 31 maii, [1476].

Dicta die ultima maii, reuerendus pater dominus Jacobus Derslai Skarzignio electus Margaritensis principalis obtulit Camere apostolice pro valore unius baliste per eum Camere apostolice soluende et ad quam eidem Camere obligatus extitit, ratione prouisionis et perfectionis de persona sua eidem Margaritensi ecclesie apostolica auctoritate facte per bullas domini Sixti, sub data Rome, quinto decimo Kal. maii, florenos auri de Camera decem quos promisit eidem Camere illico soluere. Renunciauit etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 273': in fine: Jo(hannes) Gerones notarius, in margine sinistro: Margaritensis, titularis.

Andreas episcopus Warmiensis per Antonium de Saracenis procuratorem suum obtulit Camereae et Collegio pro suo communi servitio ratione administrationis ecclesiae Premisiensis florenos auri 150 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 7 octobris, [1476].

Die VII octobris, venerabilis vir dominus Antonius de Sarracenis clericus Veronensis, procurator reuerendi patris domini Andree de Oporow episcopi Warmiensis, obtulit Camereae apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio ecclesie Presmiliensis, ratione administrationis dictae ecclesie facte per bullas domini Sixti, sub data Nonis octobris anno VI^o facte, florenos auri de Camera CL ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle fuerunt date Johanni de Bonaparte, qui nomine societatis de Pazis promisit soluere omnis jura infra sex menses aut restituere bullas sigillatas.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84 f. 282': in fine: S(tephanus) Gonpillen notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Presmiliensis, soluit.

LV *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A.*

Sixti IV obligationes,

ab anno 1478 ad annum 1484 (a die 9 ianuarii ad diem 27 augusti),
ff. 1-207 olim ff. I-175 (vel. I-CLXXXIII)

f. 28: olim f. I: « Liber secundus obligationum sacri Collegii reuerendissimorum sancte Romane Ecclesie cardinalium de tempore camerariatus reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Marci, tituli Sancti Marci sancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis, Aquileiensis vulgariter nuncupati, eiusdem Collegii Camerari, incepitus die nona mensis januarii anno a Nativitate Domini MCCCCCLXXVIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti, diuina prouidencia, pape IIII anno septimo, per me Stephanum Bucellis de Monte Pessulano, clericum Magalonensis diocesis eiusdem sacri Collegii clericum ».

Indices, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 33.

Marinus electus Caminensis principalis obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 14 decembris, [1478].

Die **XIIII** decembris, reuerendus in Christo pater dominus Marinus electus Caminensis principalis obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro communi seruitio dictae sue ecclesie, ratione prefectionis de persona sua eidem facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome etc., **XVI** Kal. decembris, anno octauo, florenos auri de Camera duo millia, ad quos ipsa ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Nota, quod suprascripte bulle ecclesie Caminensis de mandato reuerendissimorum dominorum Camerariorum, domini pape et Collegii, ad relationem domini Falconis et domini Jeronimi, date fuerunt societati de Franciottis, solutis mille florenis pro communi seruicio et aliis juribus Camere, ad illam rationem cum remissione residui pro ista vice tantum.

*Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 47: in fine: Gaspar Blondus, Gaspar Blondus de mandato etc., in margine dextro: Cardinales **XIIII**, in margine sinistro: Caminensis ecclesia, soluit pro parte.*

Uriel electus Poznaniensis per Joannem de Dambrowa procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 31 maii, [1479].

Die ultima mensis maii, venerabilis vir dominus Johannes de Dambrowa canonicus Poznaniensis Romanam Curiam sequens, ut principalis et privata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Urielis electi Poznaniensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio ecclesie Poznaniensis ratione prouisionis et prefectionis de persona eiusdem electi eidem Poznaniensi, ecclesie apostolica auctoritate per bullas domini Sixti, sub data septimo Kal. junii, anno **VIII**° facte, florenos auri de Camera quadringtonos, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Die prima junii 1479, bulle dictae ecclesie fuerunt date parti, que soluit communia et minuta seruicia et alia jura Camere et Collegii etc., patet per cedulam depositariorum etc., et dominus Falco portauit bullas ad faciendum computa in bancho.

*Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 55': in fine: Johannes Gerones notarius, in margine dextro: Cardinales **XIIII**, in margine sinistro: Poznaniensis, soluit.*

Andreas episcopus Premisiensis per Matthiam Stanislai procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 150 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 27 octobris, [1479].

Die **XXVII** mensis octobris, venerabilis vir dominus Mathias Stanislai canonicus Cracoviensis, ut principalis et priuata persona ac ut assertus procurator reuerendi patris domini Andree episcopi Premisiensis, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio ecclesie Premisiensis de persona dicti domini Andree auctoritate apostolica

facte per bullas domini Sixti pape IIII-ti, sub data Kal. octobris, pontificatus sui anno nono, florenos auri de Camera centum quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die de mandato dominorum de Camera fuerunt restitute bulle dicte, prouisionis dicto domino electo, seu pro eo prefato domino Mathie ex eo, quia constat dictum electum alias soluisse communia et alia jura, ratione ecclesie Warmiensis, cuius possessionem non fuit assecutus et ideo nunc defalicantur sibi ea, que pro ecclesia Premisiensi una cum certa pensione soluendus erat. Residuum vero, quod ratione dictae ecclesie Warmiensis eum soluisse tam Camere apostolice quam Collegio reperitur, prefatus Mathias nomine dicti domini electi, eiisdem Camere et Collegio totaliter remisit atque donauit, seque, ut principalis et priuata persona, obligauit infra annum a die presenti computandum exhibere seu exhiberi facere mandatum dicti domini electi ad premissa sufficiens, cum ratificatione et sub penis predictis et presentibus quibus supra etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 65: in fine: Johannes de Aquilone notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Premisiensis, soluit.

625

Joannes electus Chelmensis per Matthiam procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 15 martii, 1480.

Die XV-a marcii 1480, venerabilis vir dominus Mathias de Choni canonicus Cracoviensis, ut principalis et priuata persona, vice et nomine reuerendi patris domini Johannis electi Chelmensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio ecclesie Chelmensis, ratione prouisionis et prefectonis de persona sua eidem ecclesie apostolica auctoritate per bullas domini Sixti, sub data pridie Nonas marcii, anno nono facte, florenos auri de Camera triginta tres cum uno tercio, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Die XVI marci 1480, bulle dictae ecclesie fuerunt date dicto Mathie nomine dicti electi, qui soluit communia, minuta et alia jura Camere ratione dictae prouisionis dictae ecclesie. Patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 72: in fine: Johannes Gerones notarius, in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Chelmensis, soluit.

626

Joannes "abbas" monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 83 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 5 maii, 1480.

Die V-ta maii 1480, reuerendus pater dominus Johannes abbas monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislaviensis, Premonstratensis ordinis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio dicti monasterii, ratione prouisionis et prefectonis de persona sua dicto monasterio per bullas domini Sixti pape IIII sub data, Rome VIII^o Kal. maii anno nono, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera octuaginta tres, ad quos dictum monasterium taxatum reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem etc. Die VI maii 1480, date et restitute sunt bulle prefato domino abbati pro eo, quia docuit soluisse omnia supradicta, per cedulas depositariorum que sunt in filza.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 74: in margine dextro: Cardinales XIII. In margine sinistro: Vincencii extra muros Wratislaviensis, soluit

Joannes Christiani electus Pomezaniensis per Michaelm Paraversint procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1100 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 20 maii, 1480.

Die XX-a maii 1480, venerabilis vir dominus Michael Perauersint canonicus Warmiensis, ut procurator et procuratorio nomine reuerendi patris domini Johannis Cristiani electi Pomesaniensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio ecclesie Pomesaniensis, ratione prouisionis et prefectionis de persona ipsius domini Johannis per bullas domini Sixti, sub data XVIII^o Kal. maii, anno nono, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera mille et centum, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Die XXX-a maii prefati, bulle prefate ecclesie fuerunt date parti de mandato domini mensarii, quia de speciali gratia habuit remissionem totalem de communibus et omnibus aliis iuribus Camere et sacri Collegii, pro hac vice dumtaxat, patre domino Falcone pro parte Camere et Stephano de Bucellis pro parte Collegii referente.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 75': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Pomesaniensis, remissio.

Sbigneus episcopus Wladislaviensis ad Gneznensem translatus per Joannem de Dambrowa procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 22 octobris, [1481].

Die XXII octobris, dominus Johannes de Dambrowa canonicus Gneznensis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Sbignei archiepiscopi Gneznensis de ecclesia Wladislauiensis translati, obtulit Camere apostolice et Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio dicte Gneznensis ecclesie, ratione translationis de persona ipsius domini Sbignei, sub data Viterbi V-a Idus octobris, anno undecimo facte, florenos auri de Camera quinque millia, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem etc. Bulle dictae ecclesie fuerunt date Antonio de Palacio, qui promisit statim soluere communia et omnia jura Camere, exceptis florenis ducentis qui fuerunt remissi de communi, quinquecentum de parte Camere et centum de parte Collegii. Ita retulit dominus A(ntonius) de Forlinio.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 81': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Gnesnensis.

Stephanus electus Culmensis per Thomam Knast procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 700 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 26 februarii, 1481].

Dicta die, venerabilis vir dominus Thomas Knast canonicus Warmiensis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Stephanii electi Culmensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio dictae ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona dicti domini electi ad prefatam ecclesiam per bullas domini Sixti, sub data XIII^o Kal. februarii, anno decimo facte, florenos auri de Camera septingentos, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et

quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Nota quod pro dicta Culmensi ecclesia pro hac vice dmtaxat fuerunt soluta communia, minuta et omnia alia jura ad rationem XXXIII cum uno tercio floren. auri de Camera, cum remissione residui de mandato sanctissimi domini nostri pape et sacri Collegii. Dominis Hieronimo Iuriis et Fabiano de Monte Policiano referentibus, et dicte bulle fuerunt date parti, que soluit dicta communia, minuta et alia jura ad dictam rationem. Patet per cedulas etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 92: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Culmensis, soluit cum remissione.

630

Petrus electus Plocensis per Petrum Altisten procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 31 decembris, 1481.

Die ultima decembris 1481, venerabilis vir dominus Petrus Altisten scriptor et abbreviator apostolicus, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini electi Plocensis, obtulit Camere apostolice et Collegio dominorum cardinalium pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefctionis de persona dicti domini electi per bullas domini Sixti, sub data XVII^o Kal. januarii, anno decimo, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camere duo millia, ad quos dicta ecclesia, taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die, bulle dicte ecclesie date fuerunt parti, que soluit omnia jura Camere et Collegii ad rationem mille florenorum pro hac vice tantum de mandato pontificis et Collegii, referentibus reuerendissimis dominis Camerariis.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 93: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Plocensis, soluit pro parte cum remissione.

631

Joannes electus Leopoliensis principalis obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 100 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 19 maii, 1481.

Die XVIII mensis maii 1481, reuerendus in Christo pater dominus Johannes electus Leopoliensis principalis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio ecclesie Leopoliensis, ratione prouisionis et prefctionis de persona ipsius domini electi eidem ecclesie Leopoliensi apostolica auctoritate per bullas domini Sixti, sub data VII^o Idus maii, anno decimo facte, florenos auri de Camera centum, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Die predicta, bulle dicte ecclesie una cum bulla reservacionis prepositure Sancti Michaelis in Castro Cracoviensi, cuius quadraginta, ac canoniciatus et prebende Cracoviensis ecclesiarum, quorum viginti marchas argenti communis existimationis fructus non excedunt, dantur sigillate cum sigillis reuerendissimorum Camerariorum, pape et Collegii, societati de Spinellis de Romana Curia et honorabilis vir Thomas Bartholi institor dicte societatis promisit dicto nomine soluere eidem Camere et Collegio communia, minuta seruicia et alia jura dicte ecclesie Leopoliensis, nec non annatas dictarum prepositio ac canoniciatus et prebende ipsi Camere aut restituere eidem Camere dictas bullas infra octo menses proxime sequentes, sub penis dicte Camere etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 97: in margine sinistro: Leopoliensis, obligacio particularis.

Andreas electus Vilnensis per Petrum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 50 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 31 augusti, [1481].

Die ultima augusti, dominus Petrus de Vilna canonicus Vilnensis, ut principalis et priuata persona, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium nomine reuerendi patris domini Andree electi Vilnensis pro communi seruitio dicte Vilnensis ecclesie, ratione perfectionis de persona ipsius electi ad ipsam ecclesiam Vilnensem autoritate apostolica per bullas domini Sixti, sub data VI^o Kal. septembbris anno undecimo facte, florenos auri de Camera quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle dicte ecclesie date fuerunt dicto domino Petro pro eo, quia docuit per cedulas depositarii soluisse comune, minuta et omnia alia iura debita etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 101': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Vilnensis, soluit.

Andreas electus Wladislaviensis per Joannem de Dambrowa procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 1000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 22 octobris, 1481.

Die XXII octobris 1481, dominus Johannes de Dambrowa canonicus Gneznensis, ut principalis et priuata persona, ac vice et nomine reuerendi patris domini Andree electi Vlatislauiensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et perfectionis eidem domino Andree per bullas sub data Viterbii, 4^o Id. octobris, anno undecimo facte, florenos auri de Camera mille, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Die XXV dicti mensis, bulle dicti ecclesie fuerunt date de mandato dominorum Camere Antonio de Palacio et pro eo Paulo Ricelarii eius institori, qui promisit soluere communia et minuta seruicia et alia jura tam Camere quam Collegio demptis CCL florenis, qui deducuntur de dictis communibus, quos dictus dominus Andreas electus soluerat alias pro communi seruicio ecclesie Warmiensis et non potuit assequi dictam ecclesiam, propterea computantur sibi etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 103: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Wladislauiensis.

Petrus electus Premisiensis per Bartholomeum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 150 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 14 decembris, [1481].

Die XIII-a decembris, dominus Bartholomeus de Nadaczicze canonicus collegiate Pozmesliensis, ut principalis et priuata persona, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium nomine domini Petri electi Pozmesliensis pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione perfectionis de persona eiusdem Petri ad dictam ecclesiam per bullas sub data IIII-to Idus decembris, anno XI^o facte, florenos auri de Camera centum quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die bulle dicte ecclesie date fuerunt Paulo de Roccellarii institori societatis A(ntonii) de Palacio, qui promisit soluere immediate communia et omnia alia jura etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 106': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Pozmesliensis, soluit.

Joannes episcopus Wratislaviensis per Joannem procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 4000 et unum et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 20 martii, [1482].

Die XX marci, dominus Johannes..., ut principalis et priuata persona, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium nomine reuerendi patris domini Johannis episcopi Vratislauiensis electi pro communi seruitio eiusdem ecclesie, ratione prouisionis et prefectonis eidem domino Johanni electo per bullas sub data IIII^o Non. marci, anno XI^o facte, florenos auri de Camera quattuor milia et unum, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc. Dicta die, bulle dicte ecclesie date fuerunt de mandato domini Camerarii Ludouico Petre de Corsellicus institori societatis de Salutaciis, qui promisit per totum mensem decembrem proxime futurum soluere communia, minuta et omnia alia jura etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 111': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Vratislauiensis,... de Salutatis feffellit, in partibus institoribus est solutum.

Martinus electus Mednicensis per Joannem procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 3 martii, [1483].

Die III-a mensis martii, venerabilis vir dominus Johannes prepositus Posnaniensis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Martini de Samogitia electi Mednicensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio, ratione prouisionis etc., per bullas domini Sixti, sub data Rome, nono Kal. martii, anno XII^o facte, florenos auri de Camera triginta tres et tertium unum, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc. Dicta die bulle date fuerunt parti, quia soluit commune et omnia alia jura, prout patet per cedulas depositariorum Camere et Collegii, et trium minutorum etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 141': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Mednicensis, soluit.

Petrus electus Wladislaviensis per Bartholomeum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 1000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 22 octobris, [1483].

Die XXII octobris, venerabilis vir dominus Bartholomeus Nadarzibce canonicus Poznaniensis, ut principalis etc., nomine reuerendi patris domini Petri electi Wladislauiensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio etc., cardinalium pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione promocionis sue ad eadem facte apostolica auctoritate per bullas domini Sixti pape IIII, sub data Rome etc., tercio decimo Kal. octobris, anno terciodecimo, florenos auri de Camera mille, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Dicta die, Minus de Celsa institor societatis de Franciottis habuit bullas dicte ecclesie, quia per cedulas depositariorum docuit soluisse communia et omnia jura etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 175: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Wladislauiensis.

Stanislaus electus Luceoriensis per Nicolaum procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 17 novembris, [1483].

Die XVII nouembris, venerabilis vir dominus Nicolaus de Lantowicz minor penitentiarius, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Stanislai electi Luceoriensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicte ecclesie, ratione prouisionis et perfectionis de persona predicti electi eidem ecclesie facte apostolica auctoritate per bullas domini Sixti IIII, sub data Rome etc., septimo Idus nouembris, anno tercio decimo, florenos auri de Camera triginta tres cum uno tercio, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorundem autem etc. Dicta die bulle fuerunt date dicto domino Nicolao, quia per cedulas depositariorum docuit soluisse communia seruicia Camere et Collegio etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 178: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Luceoriensis, XXXIII, 1 tercium.

Liborius episcopus electus Lubucensis per Joannem procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 350 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 3 februarii, [1483].

Die III februarii, venerabilis vir dominus Johannes de Madiis scriptor apostolicus, ut principalis etc., nomine reuerendi patris domini Liberii electi Lubicensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicte ecclesie, ratione prouisionis et perfectionis de persona ipsius electi eidem ecclesie facte per bullas domini nostri Sixti pape IIII, sub data Rome etc., septimo Kal. februarii, anno tercio decimo, florenos auri de Camera trecentos et quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem etc. Die eadem, bulle dicte ecclesie fuerunt date parti, quia per cedulas depositariorum docuit soluisse omnia jura etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 183: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Lubicensis, CCCL.

Matthias electus Camenecensis per procuratorem suum Nicolaum de Latowicz obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 3 aprilis, [1483].

Die III-a aprilis, venerabilis vir dominus Nicolaus de Latowicz canonicus Plocensis, ut principalis et priuata persona vice et nomine reuerendi patris domini Mathie electi Camenecensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicte ecclesie, ratione prouisionis et perfectionis de persona ipsius electi ad dictam ecclesiam facte per bullas domini Sixti IIII-ti, sub data Rome etc., quarto decimo Kal. aprilis, anno tercio decimo, florenos auri de Camera triginta tres cum uno tercio, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 189: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Camenecensis, XXXIII, 1 tercium.

Joannes episcopus Premisliensis per Andream de Jaroszyn procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 150 et quinque minuta servitia consueta.

[Roma], die 14 maii, [1483].

Die XIIIII dicti mensis maii, venerabilis vir dominus Andreas de Jarosin clericus Cracouensis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi in Christo patris domini Johannis episcopi Presmiliensis, obtulit Camerae et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum cardinalium pro communi seruicio dicte Presmiliensis ecclesie ratione translationis de persona ipsius domini Johannis de ecclesia Chelmensi ad dictam ecclesiam Presmiliensem, per bullas domini Sixti, sub data Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus maii, anno tercio decimo, florenos auri de Camera centum quinquaginta ad quos dicta ecclesia Presmiliensis taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorundem etc. Dicta die bulle fuerunt date domino Mino Celso institori societatis de Frangiotis, quia per cedulas depositariorum docuit soluisse communia et omnia cetera seruicia et alia jura Camere et Collegii etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 84-A f. 192': in margine dextro: Cardinales XIIIII, in margine sinistro: Presmiliensis, soluit CL.

LVI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 85.*

*Alexandri VI, Pii III et Julii II solutiones,
ab anno 1492 ad annum 1504 (a die 22 septembbris ad diem 10 februarii).*

ff. 1-50,

ff. 1-44 Alexandri VI,

ff. 44-46 Pii III,

ff. 47-50 Julii II.

Tituli marginales, sine indicibus.

Cfr. ABRAHAM p. 33.

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Martinum episcopum Mednicensem pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Lucidi Sinibaldis facta quitat.

Romae, die 13 novembbris, 1492.

Uniuersis etc. Raphael etc.^{a)} Uniuersitatibus etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Martinus Johannis electus Mednicensis, pro totali et integra solutione communis seruitii dicte ecclesie in quo Camere apostolice sub certis censuris et penis ratione prouisionis sibi de dicta ecclesia, auctoritate apostolica facte obligatus erat, florenos auri in auro de Camera quindecim, solidos X, denarios 4, reuerendo patre domino Alexandro Farnesio Thesaurario generali pro ipsa Camera recipiente ac pro totali et integra solutione unius minutii seruitii nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti pro quo etc., florenum similem unum, solidos VII, denarios nouem monete romane etc., nec non pro totali et integra solutione trium minutorum seruitiorum familiaribus et officiabilibus sanctissimi domini nostri pape debitibus pro quibus etc., florenos similes tres, solidos XXIII dicte monete, per manus domini Lucidi de Sinibaldis, tempore debito realiter et cum effectu solui fecit, ut patet libro primo introitus domini Alexandri pape VI, folio XX. De quibus quidem florenis ipsum dominum Marti-

num, eius heredes et successores liberamus et quittamus. In quorum etc., Rome in Camera apostolica, die XIII nouembris 1492, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Alexandri pape VI, anno primo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 85 f. 4: in fine: floren. I, gross. II. Visa: Johannes Gerones, Jacobus de Bonaparte, in margine sinistro: Ecclesia Mednicensis, floren. XV, sol. X, den. 4, floren. I, sol. VII, den. 9, floren. 3, sol. XXIII.

a) miseratione diuina, tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum, sacrosancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, domini Camerarius, salutem in Domino.

643

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Creslaum electum Wladislaviensem pro solutione suorum communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Henrici de Spanochis facta quitat.

[Romae,] die 22 octobris, 1494.

Uniuersis etc., Raphael etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus pater dominus Creslaus electus Wladislauiensis, pro totali etc. communis seruitii ecclesie Wladislauiensis, ratione prouisionis et perfectionis de persona sua eidem auctoritate apostolica facte, reuerendo patre F(rancisco) eletto Theanensi, domini nostri pape Thesaurario generali pro ipsa Camera recipiente, die presenti per manus heredis de Spanochis florenos quadringentos septuaginta quinque, prout patet ad ordinarium introitum libro III, folio VIII, et pro totali etc., unius minutis seruitii nobis et venerabilibus patribus clericis Camere debiti florenos triginta quinque, solidos XXXV, denarios 8 monete romane, nec non pro totali etc. trium minutorum seruitiorum familiaribus et officialibus debitorum florenos centum et septem, solidos 7 solui fecit realiter etc. De quibus etc. Datum die XXII octobris 1494, anno 3^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 85 f. 28': in fine: floren. III, gross. IIII, Recepta, Fr(an-ciscus) electus Theanensis, thesaurarius generalis, Visa: An(tonius) de Viter-bio, in margine sinistro: Wladislauensis ecclesia, 475, 35, 35, 8, 107, 7.

644

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Joannem episcopum Poznaniensem pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Antonii Fucher facta quitat.

[Romae,] die 3 novembbris, 1498.

Uniuersis etc., Raphael etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus pater dominus Johannes episcopus Poznaniensis, ratione translationis de ecclesia Plocensi ad Poznaniensem, pro totali etc. communis seruicii ecclesie Poznaniensis, florenos auri de Camera centum nonaginta ipsi Camere reuerendissimo patre domino Francisco de Borgia recipiente, die presenti per manus A(ntonii) Fucher, et pro totali etc., unius minutis seruicii nobis et clericis debiti, florenos XIII, solidos XV, et pro totali etc., trium minutorum seruiciorum familiaribus et officialibus palacii debitorum florenos XLV, solidos XV, solui fecit realiter et cum effectu, ut patet ad ordinarium introitum libro VII, folio XVII, die III nouembris 1498, anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 85 f. 36': in fine: floren. I, gross. II. Visa: An(tonius) de Viterbio, N(icolaus) de Castello, in margine sinistro: Ecclesia Poznaniensis, 190, 14-15, 45-15.

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Joannem episcopum Poznaniensem de Plocensi translatum pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum ecclesiae Poznaniensis et Plocensis per manus societatis Fucher facta quilat.

Romae, [die 3 novembris, 1498].

Uniuersis etc., Raphael etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus pater dominus Johannes nuper Plocensis, nunc vero Poznaniensis episcopus de ecclesia Plocensi ad Poznaniensem translatus, tempore prefectionis sue ad dictam ecclesiam Plocensem, pro totali et integra solutione communis seruitui per eum tunc apostolice Camere debiti, ratione dicte prefectionis florenos auri de Camera quadringtones septuaginta quinque, ad rationem mille ducatorum, iuxta reductionem, quod sanctissimus dominus noster papa pro illa uice dumtaxat in gratia specialis mandati facta, ipsi Camere reuerendo patre domino Francisco de Borgia sanctissimi domini nostri pape et dicte Camere Thesaurario generali pro ea recipiente, sub die videlicet VII aprilis proxime preteriti, in parte ad ordinarium introitum eiusdem Camere libro 6° folio 58°, et pro totali etc., unius minuti seruicij nobis et dictis clericis ipsius Camere debiti florenos XVII, solidos VII, denarios 8, et pro totali etc., trium minutorum seruiciorum familiaribus et officialibus palacii apostolici etc., florenos CVII, solidos 7, denarios 8, ipsis dominis clericis, nec non eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente, per manus spectabilium virorum societatis de Fucher solui fecit realiter cum effectu. Cumque propterea dicto domino Johanni de ecclesia Plocensi ad Poznaniensem huiusmodi in presenti translato, dicte ecclesie Plocensi prouisum fuerat de persona reuerendi patris domini Vincentii, nunc electi Plocensis, propter quod dominus Johannes Poznaniensis, repetendo ab ipsa Camera dictas solutiones tunc per eum factas pro ecclesia Plocensi, quia infra 6 menses uel circa dimisit, ac demum ex pacto expresso inter eum et prefatum dominum Vincentium electum, accedente beneplacito sanctissimi domini nostri pape, uigore mandati manu sue sanctitatis signati, in Camera dimissi, per venerabilem virum dominum Johannem Luzuirer alias de Belleio procuratorem suum, ut constat de huiusmodi procurations mandato publico instrumento etc., consensit expresse, quod solutiones communis et minutorum prefatorum aliorumque iurium dicte ecclesie Plocensis per ipsum dominum Johannem Poznaniensem in presenti facta, cedant in fauorem ipsius domini electi et compensentur in solutione, quam ipse electus facere debeat pro sua prouisione et prefectione et Cameram ipsam ipsumque dominum electum in forma facta iuris ualida quitauit lecito uigore prefati mandati, iuxta illius tenorem prefatum dominum Vincentium electum de communibus et minutis seruiciis ac iuribus dicte ecclesie Plocensis sic per dictum Johannem per assensum solutis, proinde ac si ipse electus illa omnia actualiter solvisset, eciam propria auctoritate quitamus etc. Datum Rome etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 85 f. 37: in fine: floren. II, gross. III. Visa: An(tonius) de Viterbio, N(icolaus) de Castello, in margine sinistro: Ecclessie Plocensis, 475, 17-7-8, 107-7-8.

LVII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86.*

*Innocentii VIII et Alexandri VI solutiones,
ab anno 1484 ad annum 1497 (a die 7 octobris ad 7 septembrios).
ff. 1-102 olim ff. 1-86.*

Tituli marginales, sine indicibus.

Cfr. ABRAHAM p. 33.

Raphael tituli Sancti Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Ludovicum electum Lubucensem pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Marcelli de Ricasolis facta quitat.

Romae, die 4 augusti, 1487

Uniuersis etc. Raphael etc., quod reuerendus pater dominus Ludouicus electus Lubicensis, pro totali solutione communis seruitii dicte ecclesie, in quo Camere etc., centum sexaginta sex cum uno quarto, reuerendo etc., nec non pro solutione unius minuti seruitii nobis, etc., florenos similes duodecim, solidos X monete romane, nec non pro simili solutione trium minutorum etc., triginta septem, solidos X, eiusdem monete, etc., per manus domini Marcelli de Ricasolis, tempore debito soluit etc., patet libro III introitus, folio 113. De quibus etc., dictum dominum Ludouicum electum etc., quitamus, absoluimus et in perpetuum liberamus. Datum Rome in Camera apostolica, die IIII mensis augusti 1487, pontificatus anno tertio.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86 f. 39: in fine: floren. I, gross. II. Visa: P(etrus) de Lenis, A(ntonius) Drago, in margine sinistro: Lubicenis, floren. 166, 1/4, Concordat, Bartholomeus Vicecamerarius.

Raphael tituli Sancti Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Theodoricum electum Lubucensem pro solutione totali communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus societatis de Saulis facta quitat.

Romae, die 15 decembris, 1490.

Uniuersis etc., Raphael etc., Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater Theodoricus electus Lubicensis, pro totali et integra solutione communis seruitii dicte ecclesie, in quo Camere apostolice sub certis sententiis, censuris, ratione prouisionis et prefectonis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte, tenebatur efficaciter obligatus, florenos auri de Camera centum sexaginta sex cum uno quarto, reuerendo patre domino Falcone prothonotario sanctissimi domini nostri pape generali Thesaurario pro ipsa Camera, ac pro totali et integra solutione unius minuti seruitii, nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti florenos similes duodecim, solidos viginti quinque monete romane, nec non pro simili solutione trium minutorum servitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus erat in dicta Camera similiter obligatus florenos similes triginta septem, solidos viginti quinque eiusdem monete, ipsis clericis, nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente, die date presentium per manus societatis de Saulis mercatorum Romanam Curiam sequentium, tempore debito soluit realiter et cum effectu, ut patet libro VII^o introitus domini Innocentii folio XXII. De quibus quidem, ut premittitur, solutis, prefatum dominum Theodoricum eiusque heredes et successores ac eorum bona quecumque mobilia et immobilia, presentia et futura, tenore presentium, quitamus, absoluimus et in perpetuum liberamus. In quorum fidem etc. Datum Rome in Camera apostolica, die XV decembris, anno MCCCC nonagesimo, anno septimo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86 f. 71: in fine: Visa, in margine sinistro: Lubicensis.

Raphael tituli Sancti Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Benedictum electum Caminensem pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Alberti Ramporti facta quitat.

Romae, die 4 ianuarii, 1486.

Uniuersis etc., Raphael etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Benedictus electus Caminensis, pro totali et integra solutione

communis seruitii dicte ecclesie, in quo Camere apostolice sub certis sententiis, censuris et penis, ratione prouisionis et prefecctionis etc., florenos auri de Camera quadringentos septuaginta quinque, reuerendo patre etc., ac pro totali et integra solutione unius minutus seruitii florenos 71, solidos XXI, denarios V, monete romane, ac pro tribus minutis florenos 107 et solidos 1 eiusdem monete, per manus Ramperti Alberti realiter solui fecit etc. De quibus quidem etc. In quorum etc. Rome in Camera apostolica, die IIII januarii 1486, pontificatus Innocentii anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86 f. 74: in fine: floren. II, gross. II. Recepta, Falco. Visa; Jo(hannes) Gerones, Ja(cobus) de Bonaparte, in margine sinistro: Caminensis ecclesia, floren. 475, 71-21-V, 10-7-7.

649

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Benedictum electum Caminensem pro solutione communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus societatis de Binis facta quitat.

Romae, die 4 ianuarii, 1486.

Uniuersis etc., Raphael etc. Salutem etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Benedictus electus Caminensis, pro totali et integra solutione communis seruitii dicte ecclesie, in quo Camere apostolice sub certis censuris et penis ratione prouisionis et prefecctionis de persona sua eidem auctoritate apostolica facte tenebatur efficaciter obligatus, florenos auri de Camera quadringentos septuaginta quinque, reuerendo patre domino Falcone de Sinobaldis protonotario et Thesaurario sanctissimi domini nostri pape generali pro ipsa Camera, ac pro totali et integra solutione unius minutus seruitii nobis et venerabilibus viris dominis dicte Camere clericis debiti, florenos similes septuaginta unum, solidos XXI, denarios V monete romane, ac pro simili solutione trium minutorum seruitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus erat in dicta Camera similiter obligatus, florenos similes centum et septem, solidos VII eiusdem monete ipsis dominis clericis nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipiente, die date presentium per manus domini Binis tempore debito, soluit realiter et cum effectu, ut patet libro II^o domini Innocencii, folio XXVIII. Residuum vero dicti communis eidem debiti, pro hac vice dumtaxat, fuit sibi a sanctissimo domino nostro liberaliter remissum et donatum prout appetet de huiusmodi remissione in fine obligationis desuper contracte libro II-do obligationum eiusdem sanctissimi domini nostri pape, folio LXII. De quibus etc., quietamus etc. In quorum etc. Datum in Camera apostolica, die IIII januarii MCCCCCLXXXVI^o, pontificatus predicto anno secundo.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86 f. 76-76': in fine: floren. II, gross. III, Visa, J(ohannes) Gerones, Phylippus de Pontecuruo, in margine sinistro: Caminensis.

650

Raphael tituli Sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis domini Papae Camerarius Albertum Tabor electum Wilnensem pro solutione totali et integra communis, unius et trium minutorum servitiorum per manus Saulorum mercatorum facta quitat.

Romae, die 17 aprilis, 1492.

Uniuersis etc., Raphael etc. Uniuersitati etc., quod reuerendus in Christo pater dominus Albertus Tabor electus Wilensis, pro totali et integra solutione communis seruitii ecclesie Wilensis, ratione prouisionis dicte ecclesie, in quo Camere apostolice erat sub certis sententiis obligatus, reuerendo patre domino Falcone de Sinobaldis protonotaric apostolico, pro ipsa Camera recipiente. florenos auri de Camera XXIII 3/4 etc., ac pro totali et integra solutione unius

minuti seruitii nobis etc., florenum 1, solidos 34, denarios 4, ac pro totali et integra solutione trium minutorum seruitiorum in quibus etc., florenos similes quinque et obolos XVIII ipsi clericis, recipiente pro officialibus etc., die presenti per manus Saulorum solui fecit realiter etc. De quibus quidem etc. Ipsum dominum Albertum quitamus etc. In quorum etc. Datum Rome in Camera apostolica, XVII aprilis, 1492.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 86 f. 82': in fine: Ja(cobus) de Bonaparte, in margine sinistro: Ecclesie Wilnensis floren. 23 3/4, floren. 1-34-4, floren. 5-18.

LVIII Arch. Vat. Obl. Sol. 87.

*Innocentii VIII divisiones,
ab anno 1484 ad annum 1486 (a mense aprilis ad mensem iunii),
ff. 1-97 olim 1-21.*

f. 1: « M°CCCC°LXXV° quaderno delle divisione si faranno de III minuti servigi della Camera Apostolica. »

f. 3': « M°CCCC°LXXXIII° divisione di tre minuti servigi... per la chiesa Premensis (Premisiensi) floren. 16, sol. 6. »

Pro Polonia nihil.

Sine indicibus et titulis marginalibus.

LIX Arch. Vat. Obl. Sol. v. 87-A.

Liber trium minutorum servitiorum,

*ab anno 1434 ad annum 1436 (a die 16 iulii ad diam 18 aprilis),
(Recenter additur) « Libro della tassa di Dateria detta dei Tre Minuti Servigi esatta da diverse chiese e monasteri d'Italia e fuori col mezzo del Banc[o] dei Medici, dei Rabatta, dei Boscoli, dei Bonsignori e dei Borromei e depositata presso la Camera Apostolica, per esser distribuita ai famigliari del Papa. »
ff. 1-96 olim I-LXXXVI.*

Sine indicibus et titulis marginalibus.

651

Petrus episcopus Premisiensis solvit pro tribus minutis servitiis florenos 10.

[Romae], die 22 maii, [1436].

A di XXII di maggio, floreni dieci, quali paghano Fastelli pro parte di tre minuti servigi della chiesa Presmiliense in persona di messer Piero Imercani, per mano di messer Clemente, floren. X.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 87-A f. 15'.

LX Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88.

Julii II obligationes,

*ab anno 1505 usque ad 1509 (a die 10 ianuarii ad diem 4 iulii),
ff. 1-179 olim ff. 1-177,*

f. 3 olim f. 1: « Liber secundus obligationum communium domini Julii pape secundi, inceptus de mense januarii MDV, qui quidem mensis assignatus fuit reuerendo in Christo patri domino Johanni episcopo Terracinensi, Camere apostolice clero. ».

Index pro littera V solum, tituli marginales.

Cfr. ABRAHAM p. 33.

Bernardus electus Leopoliensis per Christophorum Barotium procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 100 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 23 maii, [1505].

Die XXIII mai 1505, Cristoforus Barotius, nomine reuerendi patris domini Bernardi electi Leopoliensis, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro communi seruicio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefecionis de persona sua de dicta ecclesia sub data, Rome quarto Kal. maii, anno secundo facte, florenos auri de Camera centum, ad quos dicta ecclesia in libris Camera taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem infra alios sex menses proxime sequentes soluere promisit, submisit, jurauit et in pleniori forma Camere obligauit etc. Et reuerendus pater dominus L(aurencius) Prutino tulit sentencias in scriptis etc., presentibus dominis sociis pro testibus et me Francisco de Attanantis notario. Dicta die, date fuerunt bulle prefato domino Cristoforo, quia soluit omnia jura, prout patet per cedulas.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 23': in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Leopoliensis C.

Nicolaus electus Chelmensis per Jacobum Scuiz procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 3 decembris, 1505].

Dicta die, dominus Jac(obus) Scuiz clericus Poznaniensis obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum cardinalium Collegio, nomine et vice reuerendi patris domini Nicolai electi Chelmensis, pro communi seruicio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefecionis de persona sua eidem ecclesie per bullas domini Julii, sub data decimo Kal. decembris, anno II^o, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camere triginta tres cum uno tertio, ad quos dicta ecclesia in libris Camera taxata reperitur, et quinque minuta seruicia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruiciorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, submisit, jurauit et se in pleniori forma Camere obligauit. Et reuerendus pater dominus Philippus prothonotarius Senensis tulit sentencias in scriptis, presentibus dominis L(aurentio) Amerino et F(rancisco) de Attanantis Camere apostolice notariis colegis testibus et me Do(menico) de Juuenibus Camere apostolice notario rogato. Dicta die, bulle dicte ecclesie fuerunt date dicto domino Jacobo, quia soluit omnia jura Camere et Collegii, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 51: in margine dextro: Cardinales X, in margine sinistro: Chelmensis ecclesia floren. 33, 1/3.

Jacobus praepositus Strelensis per Georgium Lungherman procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro communi servitio florenos auri 83 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 28 februarii, [1506].

Die XXVIII februarii, Georgius Sungherman canonicus Wratislauiensis, nomine domini Jacobi prepositi Strelensis obtulit Camere apostolice et Sacro Collegio reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium pro

communi monasterii Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses Premonstratensis ordinis, ratione prouisionis de persona eiusdem domini prefato monasterio per bullas domini Julii, sub data tertio Kal. februarii anno tertio, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera octuaginta tres, ad quos dictum monasterium in libris Camere taxatum reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses, aliam uero medietatem infra alios sex menses soluere promisit etc. Et reuerendus pater dominus Franciscus Armellinus tulit sententias in scriptis presentibus Siluio de Spoleto et Tancredo de Cuppis collegis pro testibus, L(aurenius) Amerinus. Dicta die, bulle supradicti monasterii date fuerunt domino Georgio quia soluit omnia jura, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 66: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Sancti Vincentii extra muros Wratislavienses, floren. LXXXIII.

655

Theodoricus Huls per Bernardum Sculteti procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro balista ecclesiae titularis Sebastensis florenos 10.

[*Romae*, die 6 *augusti*, 1507.]

Die VI *augusti* 1507, dominus Bernardus Sculteti decanus Warmiensis obtulit Camere apostolice, nomine reuerendi patris domini Theodorici Huls electi Sebastensis, pro balista dicte ecclesie, ratione prouisionis et perfectionis de persona sua eidem ecclesie per bullas sanctissimi domini nostri, domini Julii pape II sub data VII Idus julii, anno quarto, et promisit soluere ad sta(...) d(omi)ni Ste-phanii de Jenutiis patet per cedulas.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 121: in margine sinistro: Sebastensis, titularis mercator.

a) *lectio incerta.*

656

Albertus episcopus Vilnensis per Sigismundum de Roskovo procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 50 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*, die 9 *octobris*, 1507.]

Die VIII octobris MDVII, dominus Sigismundus de Roskovo clericus Plocensis diocesis obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio, vice et nomine reuerendi patris domini Alberti episcopi Vilensis pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione translationis de persona sua eidem ecclesie per bullas sanctissimi domini nostri, domini Julii, pape II, sub data Rome etc., quarto Idus septembbris, anno quarto, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera quinquaginta, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proximos, aliam uero medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequente soluere promisit, submisit, constituit, jurauit et se in pleniori forma Camere obligauit et reuerendus pater dominus Phylippus tulit sententias in scriptis presentibus in Camera domini nostri de Camera et Persio Buccano testibus et me Domenico) de Juuenibus notario rogato. Dicta die, bulle dicte ecclesie fuerunt date, quia soluit omnia jura Camere et Collegii, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 128: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Wilnensis ecclesia, ab Luceoriensi, floren. L.

Paulus electus Luceoriensis per Sigismundum (de Roskowo) procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae, die 9 octobris, 1507.*]

Dicta die, prefatus dominus Sigismundus obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio, vice et nomine reuerendi patris domini Pauli electi Luceoriensis, pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie per bullas sanctissimi domini nostri Julii pape II, sub data quarto Idus septembbris, anno quarto, auctoritate apostolica facte, florenos auri de Camera triginta tres cum uno tertio, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proximos, aliam vero medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, submisit, constituit, jurauit et se ampliori forma Camere obligauit. Et reuerendus pater dominus Phy(lippus) prothonotarius tulit sentencias in scriptis, presentibus in Camera apostolica domino M(elchiore) de Campania et P(erusio) Buccano testibus etc., et me Domenico) de Juuenibus notario rogato. Dicta die, bulle dicte ecclesie fuerunt date dicto domino Sigismundo, quia soluit omnia jura Camere et Collegii, patet per cedulas.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 128': in margine dextro: Cardinales XIIII, in margine sinistro: Luceoriensis ecclesia, floren. XXXIII, 1/3.

Johannes Łaski per Jacobum de Doffis et Clementem de Bochnia obtulit Camerae et Collegio cardinalium pro communi servitio ecclesiae Gneznensis, "cedente vel decedente episcopo eius" obtainnenda florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae, die 21 octobris, 1508.*]

Dicta die, Jacobus de Doffis institor societatis de Fucharis et Clemens de Buchina canonicus Gneznensis obtulerunt Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio, vice et nomine reuerendi patris domini Johannis de Lasko Cancellarii ecclesie et coadiutoris reuerendi patris domini Andree archiepiscopi ecclesie Gneznensis, pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie, cedente vel decedente prefato moderno archiepiscopo, per bullas sanctissimi domini nostri, domini Julii pape II, sub data XIIII^o Kal. octobris anno quinto, auctoritate apostolica facta, florenos auri de Camera quinque millia, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proximos, aliam vero medietatem infra alios sex menses ex tunc immediate sequentes soluere promisit, submisit, constituit, jurauit et se in pleniori forma Camere apostolice obligauit, et reuerendus pater dominus Hyr(onimus) de Gonutiis Camere apostolice clericus, tulit sententias in scriptis presentibus domino L(aurentio) Amerino e F(rancisco) de Attanantis Camere apostolice notariis collegis, et me Do(minico) de Juuenibus notario rogato. Dicta die, de mandato reuerendi patris domini Phy(lippi) prothonotarii bulle huiusmodi ecclesie fuerunt date prefato domino Clementi solicitatori, qui soluit omnia iura per manus societatis de Fucharis de Florencia, Camere et Collegii, patet per cedulas. Et ex eo quod huiusmodi coadiutoria est euentualis, et pro parte ipsius reuerendi patris domini coadiutoris fuerunt soluta huiusmodi jura, referente reuerendissimo domino F(rancisco) tituli Sancte Sabine presbytero cardinali relatore, fuit in consistorio auctoritate sanctissimi patris nostri pape ordinatum, quod in eventum, quod huiusmodi coadiutoria non sortietur,

florenos suos tunc heredibus ipsius coadiutoris restituere debet coram Camere et Collegii, et prefatus reuerendus pater dominus Phy(lippus) nomine ipsius Camere restituere promisit, sub penis Camere jurauit.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 88 f. 169: in margine dextro: Cardinales XIII, in margine sinistro: Gneznensis ecclesia, floren. V-M.

LXI *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 89.*

Liber Quindeniorum annatarum 1490-1678.

ff. 1-345.

f. 1 « Dataria, creduto necessario al ritorno 19 maggio 1817 ». Sine indicibus, tituli marginales.

659

Quindenium Calissiensis Collegii Societatis Jesu.

[*Romae, 1678.*]

Collegium Societatis Jesus oppidi Calesi Gnisnensis diœcesis, pro applicatione ville cum colonis et sui pertinentiis, a prepositura Coszuelnensi Cluniacensis ordinis, concessa 7 marci 1593 in Gnesnensi diœcesi, cuius floren. 50, sub data Idus decembris, anno primo Clementis pape VIII, obligatio 23 marci 1593, libro primo fol. 98 annate, cuius 15.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 89 f. 125': in fine: floren. 26, 3/4, in margine sinistro: Gnesnensis.

660

Quindenium unionis parochialis ecclesiae in Graljewo, Plocensis dioecesis.

[*Romae, 1678.*]

Capitulum et canonici ecclesiæ Prouensis pro annata XV, unionis parochialis ecclesie loci de Grallieu dicte diœcesis, cuius floren. 30.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 89 f. 297': in fine: floren. 16, 3/4, in margine sinistro: Plocensis.

661

Quindenium unionis parochialis ecclesiae de Lovense, Vilnensis dioecesis.

[*Romae, 1678.*]

Capitulum et Canonici ecclesiæ Vilnensis ex annata XV, unionis parochialis ecclesiæ loci de Louense seu Pesalense Vilnensis diœcesis, cuius ducatos 100, datum 1587 pridie Idus decembris anno 3º Sixti V, obligatio 3 marci 1588, libro 3º folio 98, annate 9.

Arch. Vat. Sol. v. 89 f. 343': in fine: 51, 3/4, in margine sinistro: Vilnensis

LXII *Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90.*

Pauli III obligationes,

ab anno 1540 ad annum 1550 (a die 8 ianuarii ad diem 8 ianuarii), ff. 1-580.

f. 1: « Ex libro primo obligationum Pauli III. »

Tituli marginales, sine indicibus.

Cfr. ABRAHAM p. 33.

Jacobus electus Aenensis per Ladislaum Polonum obtulit pro balista dictae ecclesiae titularis ducatos 10.

[*Romae, die 2 aprilis, 1540.*]

Dicta die, dominus Ladislaus Polonus Penitentiarius in ecclesia Sancti Petri, nomine domini Jacobi electi Enensis, in partibus infidelium, obtulit pro balista dictie ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte, per bullas domini nostri Pauli pape III, sub data Rome, Idibus marci, anno VI^o.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 18: in margine sinistro: Enensis ecclesia.

Sebastianus episcopus Poznaniensis per Quirinum Galler procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi et servitio florenos 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae, die 10 aprilis, 1540.*]

Dicta die, Quirinus Galler notarius Rote, nomine reuerendi patris domini Sebastiani episcopi Posnaniensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte per bullas domini nostri Pauli pape III, sub data Rome quinto Idus septembbris, anno quinto, florenos auri de Camera quadringtones, ad quos in libris Camere taxati reperiuntur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem infra alios sex menses soluere promisit, submisit etc., iurauit etc., sub penis Camere etc. Et reuerendus pater dominus Johannes Gaddus decanus tulit sententiam etc., presentibus sociis. Dicta die, bulle predicte consignate fuerunt dicto domino Quirino, quia soluit omnia jura, patet per cedulas depositarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 20'-21: in margine sinistro: Posnaniensis ecclesia, floren. 400.

Balthasar electus Wratislaviensis per Quirinum Galler procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 4000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae, die 29 [augusti, 1540.*]

Die XXIX dicti, dominus Quirinus Galler clericus Patauiensis diocesis, nomine reuerendi patris domini Balthasaris electi Vratislauiensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dicte ecclesie, vacantis per obitum bone memorie Jacobi episcopi Vratislauiensis extra Romanam Curiam defuncti, ratione prouisionis de persona ipsius domini Balthasaris eidem ecclesie per bullas sanctissimi domini nostri Pauli pape III, sub data Rome apud Sanctum Petrum, XI. Cal. maii, anno sexto, auctoritate apostolica facte, florenos quatuor mille auri, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proximos, alteram vero medietatem infra alios sex menses ex tunc proxime futuros soluere promisit. Pro quibus se in ampliori forma Camere obligauit etc., submisit etc., renuntiauit etc., procuratores constituit etc., jurauit etc., cum clausulis consuetis etc. Et reuerendus pater dominus Balthasar de Piscia mensarius tulit sententias presentibus Rome ad Vineam ipsius domini Balthasaris domino Ant(onio) canonico Sancte Marie in Transtiberim et Juliano familiaribus suis, et me P(etro) Paulo Arditio notario rogato. Dicta die, bulle

dicte ecclesie consignate fuerunt eidem domino Quirino sollicitatori, quia soluit omnia iura Camere et Collegii, patet per cedulas depositariorum iuxta reductionem etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 44'-45: in margine sinistro: Vratislauiensis ecclesia, floren. 4000.

665

Petrus Starzeckowski archiepiscopus Leopoliensis per Stanislaum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 100 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 9 octobris, 1540.

Die IX octobris 1540, dominus Stanislaus penitentiarius apostolicus, nomine reuerendi patris domini Petri Stabacrocho, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio ecclesie Leopoliensis, vacantis per obitum bone memorie Bernardini illius archiepiscopi extra Romanam Curiam defuncti, ratione prefectonis de sua persona facte, per bullas sanctissimi domini nostri, sub data Rome pridie Cal. junii, anno sexto, florenos centum auri de Camera, ad quos dicte ecclesie fructus in libris Camere prefate taxati reperiuntur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem etc., soluere promisit etc. Dicta die, bulle dicte ecclesie de mandato reuerendi patris domini Hieronimi archiepiscopi Barenensis relaxatae fuerunt dicto domino Stanislao, quia soluit omnia iura Camere et Collegii prout in cedulis etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 53: in margine sinistro: Leopoliensis ecclesia, florenos 100.

666

Joannes electus Margaritensis per Leonardum Herman procuratorem suum obtulit Camerae pro balista suae ecclesiae titularis ducatos 10.

[*Romae*], die 19 decembris, [1540].

Dicta die, XIX decembris, dominus Leonardus Herman clericus Sosnamensis^{a)}, nomine reuerendi domini Johannis electi Margaritensis, obtulit se pro balista dicte ecclesie, vacantis per obitum Alexandri episcopi Margaritensis extra Romanam Curiam defuncti, et prouidetur et preficitur in episcopum et pastorem dicte ecclesie, que est in partibus infidelium, per bullas sanctissimi domini nostri Pauli III, sub data Rome apud Sanctum Petrum, Cal. decembris, anno septimo, relaxatas de mandato reuerendi patris domini Baltasaris, quia soluit pro balista ducatos decem etc., patet per cedulam depositarii seu cappellani etc.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 72'-73: in margine sinistro: Margaritensis ecclesia.

a) Poznaniensis?

667

Petrus archiepiscopus Gneznensis per Bartholomeum "Diganetkowskii" procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 5000 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 9 iunii, 1541.

Die IX junii 1541, dominus Bartholomeus Diganetkouski cancellarius Posnaniensis, ut principalis et priuata persona ac vice et nomine reuerendi patris domini Petri archiepiscopi Gneznensis in Polonia, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi et minuto seruitio dicte ecclesie, ratione prouisionis et translationis ab ecclesia Cracouiensi ad dictam Gneznensem per bullas sanctissimi domini nostri Pauli III, sub datum quinto Cal. februarii, pontificatus sui anno septimo, florenos auri de Camera quinque milia, ad quos in libris Camere taxati reperiuntur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et

minutorum seruitiorum medietatem infra sex menses proximos, aliam vero medietatem infra alios sex menses immediate sequentes soluere primisit. Pro quibus etc., submisit etc., sub penis et in forma Camere iurauit etc., et reuerendus pater dominus Hieronymus Barensis tulit sententiam etc., presentibus sociis. Dicta die, bulle subscripte fuerunt consignate prefato domino Bartholomeo, quia soluit omnia iura, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 97'-98: in margine sinistro: Gneznensis ecclesia, floren. 5000.

668

Nicolaus episcopus Comenecensis per Bartholomaicum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta

[Romae], die 9 iunii, 1541

Dicta die nona junii 1541, supradictus ^{a)} dominus Bartolomeus, nomine reuerendi domini Nicolai episcopi Camenecensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi et minuto seruitio dicte ecclesie, ratione prefectionis sue per bullas sanctissimi domini nostri Pauli III, sub data XIII Cal. junii, anno pontificatus sui septimo, florenos auri de Camera triginta tres cum uno tercio alterius floreni, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem communis et minutorum seruitiorum medietatem etc., soluere promisit etc., submisit etc., et reuerendus pater dominus Hieronymus Barensis tulit sententiam etc., presentibus sociis. Dicta die, subscripte bulle consignate fuerunt supradicto domino Bartholomeo, quia soluit omnia iura, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 98: in margine sinistro: Camenecensis ecclesia, floren. 33 1/3.

a) *ut immediate supra.*

669

Sebastianus episcopus Naturiensis per Stanislauum Polonum obtulit Camerae et Collegio pro communi servitio seu balista dictae ecclesiae titularis ducatos 10.

[Romae], die 23 ianuarii, 1542.

Die XXIII januarii 1542, dominus Stanislaus penitentiarius Polonus, nomine reuerendi patris domini Sebastiani episcopi Natuiriensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dicte ecclesie Natuiriensis, in partibus infidelium existentis, ducatos decem auri de Camera, pro balista dicte ecclesie vacantis per obitum Johannis Businchi, ratione prefectionis de eius persona eidem ecclesie facte per bullas sanctissimi domini nostri, sub data Rome XI Cal. septembbris, anno septimo, relaxatas, quia soluit ducatos decem pro balista dicte ecclesie, patet per cedulas domini depositarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 124': in margine sinistro: Natuiriensis ecclesia.

670

Samuel electus Plocensis per Stanislauum procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 2000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 24 ianuarii, 1542.

Dicta die XXIII januarii 1542, dominus Stanislaus Polonus penitentiarius, nomine reuerendi patris domini Samuelis electi Plocensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dicte ecclesie florenos bis mille auri de

Camera, in quibus fructus dictae ecclesie in libris Camere taxati reperiuntur, et quinque minuta seruitia consueta, ratione perfectionis ipsi ecclesie per obitum Jacobi Buczastri^{a)} extra Curiam defuncti vacantis, de ipsis Samuelis persona facte per litteras sanctissimi domini nostri, datas Rome XI Cal. septembris, anno VII^o. Eorumdem autem etc., soluere promisit iurauit etc. Et reuerendus pater dominus de Piscia tulit sententiam, me Johanne Nicia notario rogato. Dicta die, dicte bulle de mandato eiusdem consignate fuerunt, quia iura Collegii, ad rationem mille, pro hac vice tantum vigore motus proprii per sanctissimum dominum nostrum papam signati, iura uero minutorum seruitiorum et Camere integre ad rationem duorum milium soluit prout, patet in cedula depositarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 125-125': in margine sinistro: Plocensis ecclesia, floren. 2000.

a) Buczacki.

671

Petrus archiepiscopus Gneznensis per Alexandrum de Bartolis mercatorem obtulit Camerae et Collegio pro communi servitio ecclesiae Cracoviensis quam retinuit florenos auri 3000 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 3 iulii, 1542.

Die tertia julii 1542, dominus Alexander de Bartolis clavis et mercator Florentinus Romanam Curiam sequens, nomine reuerendi patris domini Petri archiepiscopi Gneznensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi retentionis ecclesie Cracoviensis in Polonia, per suam translationem ab episcopo Cracoviensi in archiepiscopum Gneznensem factam, vacantis, florenos tres mille auri in auro Camere, ad quos dicta ecclesia Cracoviensis taxata reperitur, et quinque minuta seruitia etc. Et reuerendus dominus de Piscia tulit sententiam etc., me Michelangelo notario rogato. Dicta die, subscripte bulle relaxate fuerunt supradicto domino Alejandro, quia soluit omnia iura Camere et Collegii, patet per cedulas depositariorum.

Arch. Vat. Obl. Sol. v 90 f. 151: in margine sinistro: Cracoviensis ecclesia, floren. 3000.

672

Nicolaus episcopus Chelemensis de Camenecensi translatus per Leonardum Herman procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et 1/3 et quinque minuta servitia consueta.

[Romae], die 28 augusti, 1542.

Die XXVIII augusti 1542, dominus Leonardus Herman clericus Posnaniensis, nomine reuerendi patris domini Nicolai episcopi Chelemensis nuper Camenecensis, obtulit Camere apostolice et sacro reverendissimorum dominorum sancte Romane Ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dictae ecclesie Chelemensis, ratione translationis ab ecclesia Camenecensi ad ecclesiam Chelemensem et perfectionis de persona sua eidem ecclesie Chelemensi per bullas sanctissimi domini nostri Pauli pape III, sub datum Rome apud Sanctum Petrum, pridie Cal. junii, anno octavo, apostolica auctoritate facte, florenos triginta tres auri cum uno tertio alterius similis floreni, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur, et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc., et reuerendus pater dominus Johannes Gaddus decanus tulit sententias etc. Dicta die, bulle dictae ecclesie fuerunt eidem domino Leonardo consignate, quia soluit omnia iura Camere et Collegio, patet per cedulam depositarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 159'-160: in margine sinistro: Chelemensis ecclesia, floren. 33 1/3.

Joannes episcopus Camenecensis per Leonardum Herman procuratorem suum obtulit Camerae et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 33 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 28 *augusti*, 1542.

Die XXVIII *augusti* 1542, prefatus ^{a)} dominus Leonardus, nomine reuerendi patris domini Johannis episcopi Camenecensis, obtulit Camere apostolice et sacro reuerendissimorum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium Collegio pro communi seruitio dictae ecclesie ratione translationis ab ecclesia Margaritensi ad ecclesiam Camenecensem per bullas sanctissimi domini nostri Pauli pape III sub data, pridie Cal. junii, anno VIII, apostolica auctoritate facte, florenos triginta tres auri, ad quos dicta ecclesia in libris Camere taxata reperitur et quinque minuta seruitia consueta. Eorumdem autem etc. Et reuerendus pater dominus Johannes Gaddus prefatus tulit sententiam etc. Dicta die, bulle dictae ecclesie Camenecensis fuerunt consignate predicto domino Leonardo, quia soluit omnia iura Camere et Collegii, patet per cedulas depositarii.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 96 f. 160: in margine sinistro: Camenecensis ecclesia, floren. 33.

a) ut immediate supra.

Valerius de Varsavia electus Margaritensis personaliter obtulit Camerae apostolicae pro balista dictae ecclesiae titularis ducatos 10.

[*Romae*], die 16 *octobris*, 1543.

Die XVI *octobris* 1543, reuerendus pater frater Valerius de Varsonia electus Margaritensis in partibus infidelium existens, presens etc., obtulit Camere apostolice pro balista dictae ecclesie, ratione prouisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte per bullas domini nostri Pauli pape III, sub datum Rome apud Sanctum Marcum, tertio Nonas octobris, pontificatus sui anno nono et pro balista, sub die XI dicti, soluit ducatos decem, patet per cedulam.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 205': in margine sinistro: Margaritensis ecclesia.

Erasmus electus Laodicensis per manus Stanislai Penitentiarii obtulit Camerae pro balista dictae ecclesiae titularis ducatos decem.

[*Romae*], die 10 *decembris*, 1544.

Die X *decembris* 1544, dominus Stanislaus Penitentiarius Polonus in Sancto Petro de Urbe, nomine reuerendi patris domini Erasmi electi Laodiensis, obtulit Camerae apostolicae balistam pro ecclesia Laodiensi, vacante per obitum Dominici episcopi Laodiensis, que est in partibus infidelium, de qua sibi prouidetur sub data XVIII Cal. decembris, anno undecimo, et conceditur sibi quod possit, etsi abbas monasterii... in Mogila, Cisterciensis ordinis, Tracouiensis ^{a)} diocesis, cuius fructus XXIIII et non desinat esse abbas etc., prout etc., relaxata, quia soluit pro balista decem ducatos, patet per cedulam et fructus monasterii non excedunt XXIIII.

Arch. Vat. Obl. Sol. v. 90 f. 262-262': in margine sinistro: Laodiensis ecclesia.

a) Cracoviensis.

Paulus electus Poznaniensis per Leonardum Herman procuratorem suum obtulit Camere et Collegio pro suo communi servitio florenos auri 400 et quinque minuta servitia consueta.

[*Romae*], die 20 decembris, 1544.

